CL. VV.

IVSTI LIPSII,
IANI RVTGERSII,
I. ISACI PONTANI,

Notæ

IN MARTIALEM.

Ad Petrum Scriverium.



Lugduni Batavorum,
APVD IOANNEM MAIRE.
ANNO CIↃ IↃ CXIX.

In tres CLL. VV.

HADRIANVM IVNIVM, Hornanum; IANVM GRVTERVM, Antverpiensem; PETRVM SCRIVERIVM, Harlemensem; *Val. Martialis Editores.*

Hispanus fœdá vates properabat ad Orcum
  Tabescens scabie vulneribusque suis.
Non tulerunt Belgæ, sed eum triplicata reduxit,
  Iunî, Gruteri, Scriverijque manus.
Prima quidem virtus tollebat Iunia signum
  Ad benè sperandum. Quis neget esse aliquid?
Attamen est quanto vatem præstantius isto
  Bilbilicum penitùs restituisse sibi!
Hæc Critices binis laus servabatur ocellis,
  Summis Grutero Scriverioque meis.

IN EOSDEM.

Tres Belgæ Hispanum quod restituere poëtam,
  Non illis tanti pagina mollis erat:
Vatis at ingenio tribuere & versibus istis,
  Quæ sunt eximiæ non nisi mentis opus.
Cura tamen te Belga manet, prurigo poetæ
  Ne scabiem terris adfricet ulla tuis.
Non si ægrotanti potuit succurrere Belga,
  Virtutes vitijs quod sciat esse pares;
De benè promerito pariter volet ille mereri,
  Ingenium vatis qui malè cautus amet.
At saltem tu Belga puer, procul hinc fuge. Nulli,
  Vel firmæ ætati convenit iste liber:
Quæ cùm infanda horrens mala legerit, exclamabit,
  Heu quo corrueras gens inimica Deo!
Et sua con ponens, queis cœlica gratia regnat,
  Cum veterum cæcis tempora temporibus,
Agnoscet bona Christiadum, iussisque parentis
  AEtherei vitam convenienter aget.

GER. IOANNIDES VOSSIVS.

I. Lipsius P. Scriverio

S. D.



Ntverpia me habebat recurandæ valetudini, cũ tuæ alteræ ad me venerunt. Nam priores, unà cum Vandalio, responsi compotes jã dimiserã. Ex istis disco, in Martiali concinnando, an ei illustrãdo? te esse. Gaudeo, & acuto poëtæ tale ingeniũ contigisse. Nos Senecam non dimisimus, sed fastidiosè habemus, ut solet in morbo. Quid tibi dicam? lentum negotium erit: & cùm absolvero, nec pro exspectatione fortasse vestrâ. Assidua valetudo vigorem & florem illum ingenij libat. In Martialem pauca, magis ut voluisse gratiâ tuâ videar, quàm quia condigna sint, mitto. Quid autem opus est? Nonne virum illic habes, *πολλῶν (μᾶλλον δὲ πάντων,) ἀντάξιον ἄλλων?* Consule, saluta, & dic nuper scripsisse. Vale, mi Scriveri.

Sequor numeros & distributionem Editionis Iunianæ.

LIB. I. EPIGR. CXVIII.

Illinc me pete, ne roges Atrectum.

Imò verò adfirmatè, *me roges*: Sententia dicit.]

LIB. II. EPIGR. XXVII.

Effetè, graviter, citò, nequiter, ---

Alij aliter: ego vellem, *Effatè.*

LIB. IIII. EPIGR. LXXIX.

Sigeriosque modos, Partheniosq; sonas.

In istis *modus* risum mihi Interpretes movent: scribo, *modò*. Non aliud in ore habes, quàm istos magnos & Palatinos. In syllabæ modulo ne hæreas, ita alibi:

---- ad Claudij modò mensam.

LIB. VIII. EPIGR. XLIIII.

Curris per omnes tertiasq; quintasq;.

De importuno salutatore. & referunt ad Decurias iudi-

judicum: quanto verius, ---- *Tertiasq; Quinctasque* scribere, & ad fœminas nobiles, sive anus divites referre? Ibidem etiam, -- *sparsus ante equos omnes*: non accipio de judicibus, qui Equestris ordinis: sed de statuis triumphalibus, qui in equo, aut curru. Itaque de verè equis, aut eorum form s.

Ibid. EPIGR. LXXIX.

Et casa tam culto sub Iove numen habet.

Malè ad humile Iovis templū referunt, quod Domitianus restituerit. Imò est *Romuli casa*, Dionysio & Senecæ, Valerio atque alijs dicta: quæ in Palatio atque etiam Capitolio celebratur. de quâ nos ad Senecam. [*Consolatione ad Helviam cap.* IX. 117. *Vide præterea Iusti Rycquij Commentar. de Capitolio Rom. c.* 44.]

LIB. XI. EPIGR. CVII.

Albi Maxime, &c. Inscriptio est ad *Albium Maximum*. Nisi fallor, est *Appius* in Dione, & Plinio minore [*lib.* x. *Epist.*]

Vide autem meam neglegentiam, an ministri, qui curabat. Litteræ tuæ, cum alijs aliquot chartis, Antverpiæ manserunt. itaque ad interrogata nunc non possum. De primo commemini, [*Epig.* CXIV. *lib.* I.]

Et Stygias aquum fuerat pater iret ut umbras.

Ego cum quibusdam libris vellem -- *patrem ipse sub umbras*: etsi tuum sagaciter inventū. Vale, & perfice.

Heus, an non hoc etiam erat? Lib. XI. Epig. V.

* *Scriptus & æterno nunc primùm Iuppiter auro.*

Scriptus, inquiunt, pictus, factus. Ego puto ad inscriptionē referri. Adulatur Domitiano solēs. Nunc denique, inquit, statua aurea Iovis æterna erit, quia tuo nomine inscripta. Nā qui dabat, aut ponebat, inscribebat. Itaque æternitatem Iovi Capitolino (quem aureum fecerat Domitianus) ab inscripto nomine petit: quod interire scilicet non potest. Tu hæc melius. Lovanij. ∞. IↃ. CIII.

* *Est qui censet fortè legendum*, Sculptus. *Sed vide elegantissimum Rycquium, de Capitolio cap.* XIIX.

I. Rutger-

I. Rutgersius P. Scriverio SVO.

PAruimus præceptis tuis, Vir Clarissime, ac Martialem tuum relegimus. Si, quid de tuis ad eum Notis sentiam, quæris, non aliter, quam tacendo, respondebo. Tot enim ac tanta sunt quæ tu in eo præstitisti, ut prædicationem meam longè supergressa sint. Equidem Belgij nostri fortunæ gratulor, penes quod servati Martialis gloria est. Primus Hadrianus Iunius noster, hoc est Batavus, vir maximus, paullò antè funestum, si quid funestum est quo Libertas emitur, bellum, cùm nondum Hispanum servare scelus esset, ei opem ferre aggressus est. Sed, ut prima tentantibus evenire solet, conatus ejus amandus potius, quam successus laudandus est. Successit ei vir, cujus nomini honos habebitur, quamdiu ullus literis Romanis erit, Ianus Gruterus: qui cùm optimis è Principis sui bibliotheca libris usus esset, aut germanum, aut à germano certè proximum nobis Martialem dedit. His tu successisti, Scriveri, qui, si quid illis defuit, suppleres. Quod tam feliciter tibi cecidit, ut sanos quidem, qui id post te tentaturi erant, à scribendo deterrueris. Quò magis irasci, si tam crudele verbum fraternus amor non refugit, tibi debeo, qui hactenus nos desiderio tuorum languere sinis. Interim, ut voluisti, mea habe: quæ tua vel exemplo eliciant, vel, si id non potest, convicio exprimant.

LIBRO PRIMO.

EPIGR. LIII.

Sic ubi multisona fervet sacer Atthide lucus,
Improba Cecropias effundit pica querelas.

Pro eo, *effundit*, legitur &, *offundit*. Puto, *obtundit*.

EPIGR. LXIV.

Bella es; novimus. & puella; verum est.
Et dives; quis enim potest negare?

Videtur scribendum, --- *quu & id potest negare?*

EPIGR. LXXXII.

Tanta, Regule, post metum querela,
Quis curam neget esse te Deorum,
Propter quem fuit innocens ruina?

Loquitur de porticu, quæ cùm eam modò Regulus transijsset, repentè corruit. Sed quid est illud, *Tanta post metum querela?* Verissimè, nisi fallor, emendavimus, *Tuta.* Queri de ruina poterat; sed jam tutò. Nam evaserat.

EPIGR. XCII.

Cerea si pendet lumbis, & scripta lacerna.

Puto, *Cerea si pendent lumbis & scruta lacerna.*

EPIGR. CIX.

In qua tam similem videbis Issam,
Vt sit tam similis sibi nec ipsa.

Puto scribendum, *---sibi nec Issa.*

EPIGR. CXIV.

Et Stygias aquum fuerat pater ire sub umbras,

In Anglicano esse testatur eruditissimus Iunius, *---pater iret ut umbras.* Quid si?

Ad Stygias aquum fuerat pater iret ut umbras.

EPIGR. CXV.

Toto candidior puella cygno.

Certè legendum, *loto.*

LIBRO SECVNDO.

EPIGR. VIII.

Ista tamen mala sunt: quæ si manifesta negemus.

Puto, *--- quò sic manifesta negemus?*

EPIGR. XVI.

Quid thorus à Nilo, quid syndone cinctus olenti?

Legendum puto,

Quid thorus à Nilo? Quid Sidone cinctus olenti?

Si sanus, inquit, fuerit, quid pictus Nilotide acu thorus faciet? quid purpurea lecti cinctura? Dixit autem *cinctus Sidone*, ut *hospes Zacyntho.* Et *olentem Sidonem*, ut libro primo Epigr. XLIX. *Olidaque vestes murice.*

EPIGR.

EPIGR. LXXXII.

Abscissa servum quid fingis, Pontice, lingua?

Locus in quo se mirifice torserunt homines eruditi. Quem ut emendem,

Esse procul vitta tenues insigne pudoris.

Nimirum legendum est,

Abscissâ servum quod lingis, Pontice, linguâ.

Nam quod in Palatino est, *quod fugis*, è glossa est. Annotaverat enim ad illud, *lingis*, studiosus quispiam, *fugis*. Isidori Glossæ: *Fellitat*, *fugit*. Absciderat servo linguam, scilicet ne id flagitium effutiret. Sed ohe! jam satis est.

LIBRO TERTIO.

EPIGR. LXXVII.

In fine τὸ *saprofagis*, est Σαπροφαγῖς. ne quis erret.

EPIGR. LXXXII.

Hos Malchionis patimur improbi fastus,
Nec vindicare, Rufe, possumus? fellat.

De Zoilo, quem Malchionem vocat, queritur, quod inter alios convivij fastus, convivis calicem suum non propinet. Martialis id se ægrè ferre negat, quod, cùm infando oris vitio laboret, ex eodem calice potare nolit. Legendum igitur,

Nec vindicari, Rufe, poscimus. fellat.

Nimirum hoc illud est, quod de Hermo alibi,

Quod nulli calicem tuum propinas,
Humanè facis Herme, non superbè.

EPIGR. XCV.

Si te prendero, Gargili, tacebis.

Lego, *Si deprendero, Gargili.* ---

Cum enim deprehensis ea pars auferri soleat, quâ peccarunt; minatur Gargilio, se illi linguam abscissurum esse, quod ea parte loco illius, quâ mœchi solent, uteretur.

LIBRO QVARTO.

EPIGR. III.

Qui siccis lascivit aquis, & ab athere ludit.
Delicatius longè futurum est, si legas hoc modo;
Quis siccis lascivit aquis, & ab athere ludit?

EPIGR. XIV.

Claudia, Rufe, meo nubit peregrina Pudenti.
Scribendum, *Peregrina*. Est enim proprium istius mulieris nomen.

EPIGR. LXI.

Sardonycha verum, lincisque ter cinctum.
Spuriam lectionem non Calderini modò Commentaria; sed & Palatinus arguit, in quo:
Sardonychas verum, lychenitisque cerytum.
Fortassis hoc modo,
Sardonycha verum, lychnin, a'que ceriten.
Est autem *Lychnis* is, qui & *Lychnites*. De quo Dionysius Periegetes, Priscianus, & Nonnus libro XVIII. *Cerites* autem gemma est colore ceræ. Possis &,
--lychnid mque ceriten.
Quod autem dicit, *Sardonycha verum*, opponit fucato. Ita libro XI.
Sardonychas veros mensâ quæsivit in omni.
Et hoc eodem libro,
Nec desunt tibi vera Grantiana.
Et Arriano in Periplo. χιτῶνη ἀληθινή. & sæpè alibi.

EPIGR. LXIV.

Fidenas veteres, brevesque Rubras.
Mihi quænam istæ Rubræ sint, ignotum est. Ac fortasse scripserit, *Vlubras*. Qui pagus ipsa ignobilitate sua ab Horatio nobilitatus est.

EPIGR. LXXXI.

Daclamas, &c. Absit, ut hoc Epigramma Martialis sit. Vt & illud, *Secure nihil est*. Aliter sues scilicet, aliter catuli.

LIBRO

LIBRO QVINTO.

EPIGR. VII.

Parce pater: sic Lemniacis lasciva catenis
Ignoscat conjux, & patienter amet.

Legendum, *sapienter*. Nimirum hoc vult:
Deprendi veto te, Lesbia; non futui.

EPIGR. XVI.

Plurimus Hispanas mittet mihi nauta metretas,
Et fiet vario sordidus are sinus.

Puto scribendum, *Phario*.

EPIGR. XIX.

Iamdudum tacito rides, Germanice, naso:
Vtile quod non vis do tibi consilium.

Argutiam Epigrammatis una literula pervertit. Nam pro eo quod vulgò legitur, *non vis*, legendum *novis*, hoc est, *nobis*. Cùm enim verissimum sit, id quod apud Quinctilianum dixit Cicero, *Suasoris enim finis Vtilitas eius cui quisque suadet*; Martialis autem contra consilium sibi utile, Domitiano verò, cui suadebat, damnosum, daret, animadversum ab eo dolum rideri dicit.

EPIGR. XXII.

Mane domi nisi te volui meruique videre,
Sint mihi, Paulle, tua longius Esquilia.

Scribendum, *metuique*. Volebat amicum visere; sed longinquitatem viæ metuebat, & illud maximè, quod cùm ejus jam tædium superasset, Paullus domi esse negaretur.

EPIGR. XXXVIII.

---sed & fratrem Callid. rus habet,
Quadringenta secat, qui dicit σῦκα μέριζε.

An non? *Quadringenta seca, qui dicit*: σῦκα μέριζε.

EPIGR. XLVI.

Vt te sæpè rogem, cædo, Diadumene, sæpè:
Consequor hoc, ut me nec timeas, nec ames.

Simile Epigramma legitur hoc eodem libro ad Diadymum:

Insequeris, fugio: fugis, insequor; hac mihi mens est,
Velle tuum nolo, Dindyme, nolle volo.

Quare pro eo *cædo*, puto legendum *cede ô*.

LIBRO SEXTO.

EPIGR. XLVII.

Sive Numæ coniux Triviæ te misit ab antro.

In alijs legi testatur Lud. Carrio, *ab Anna*. Puto legendum hoc modo,

Sive Numæ coniux Tyria te misit ab Anna.

Tyria Anna, est Anna Peranna; Didonis soror. quam ideo vocat Tyriam.

EPIGR. LXXIV.

Calvam trifilem semitactus unguento.

Ita nonnulli libri. Iunius, *triplem*; sed contra versum. Vir de omni literarum genere, supra hujus infesti virtutibus seculi captum meritus, Ian. Gruterus, in illo numquam satis laudato Palatino legi dicit, *Calvam similem*, --- sed utrumque *i* punctis notatum esse, quod delendum notat. Ego ab oscitante librario alterum *i* loco vicinæ *m* deletum fuisse puto, ut fuerit hoc modo, *silem*. Ex quo *Sileni* lego; cujus calvities etiam proverbio nota est. Nam quod primam in ea voce syllabam corripit, id aliorum multorum exemplo fecit. Vnius Orphei nunc contentus ero, qui in Sileni suffimine, ait:

Ἐνασὴς φιλόγευστε νεάζων ἔ ισι Σιλλωοῖς.

LIBRO SEPTIMO.

EPIGR. VIII.

Fas audire iocos, levioraq; carmina, Cæsar,
Et tibi: si lusus ipse triumphus amat.

Imò, *Et tibi sit. Lusus*, &c.

EPIGR. XXII.

Missus Castaliæ Batis ut esset aqua.

Fortassis, *isset*.

EPIGR.

EPIGR. XXXIV.

Vt quid tu domini Deique nostri
Praefers muneribus Neronianas?

In Palatino, *Quid te tot domini,* &c. Lego,

Quid? tu tot domini Deque nostri
Praefers muneribus Neronianas?

EPIGR. XXXV.

Stat, quoties calidis tota foveris aquis.

Legendum, *lota.*

EPIGR. LXVII.

Vndenas dolat in die puellas.

Recte. Sed cùm in libris manu exaratis legatur *dolet,* fuerit fortasse *solet.*

LIBRO OCTAVO.

EPIGR. XV.

Dum nova Pannonici numeratur gloria belli.

Palatinus, *roriga.* fortasse, *Raurica.* Nisi fuerit (quod tibi videtur) *lorea,* pro *laurea.*

EPIGR. XXVIII.

Bathis in Hesperia te quoque lavit aqua.

Tò *aqua* hoc loco ineptum est. Nam superioris distichi fine praecessit *aquis.* In MSS. *lanitoue.* Emenda, *lauit ove.*

LIBRO NONO.

EPIGR. IV.

Aureolis futui cùm posit Galla duobus, &c.

Hoc certè pro tam vulgari scorto nimium est. Ego putem legendum esse, *Aereolis.*

EPIGR. XXXVI.

Non ego, quod poscis, res negat ipsa tibi.

Possis &, *Non nego.*

EPIGR. LXXXIV.

Me tibi Vindelicis raptum narrabat in oris.

Nihil minus. Neque enim mortis suae, sed carminum suorum famam eò pervenisse dicit. Ego pro illo *raptum,* nullâ ferè licentiâ legam *Ratus.* Nisi quis,

quis, nam in MS. legitur *maslus*, malit *Masus*.

LIBRO DECIMO.

EPIGR. XXXVII.

Venator capta marte superbus adest.
Palatinus, *capto male*. Ego, *mele*.

EPIGR. LXXX.

Pars major lacrymas ridet, & intus habet.
Lege, *Pars major lacrymas, ridet, & intus habet.* Pars, inquit, major ridet, & lacrymas intus habet. Dura verborum transpositio; sed quales plurimas, neque molliores, alibi in Horatio observavimus.

EPIGR. CIV.

Secessus spatio paret salubri.
In veteri codice ἀντὶ τοῦ *spatio*, legitur *pretio*. Omnino legendum est, *Secessus pretio paret selibri.* Hoc est vili. Ita alibi coccina sua trium nummorum nominat.

LIBRO VNDECIMO.

EPIGR. XIX.

Cùm me velle vides, tentumque, Telesphore, sentis,
Magna rogas, puto me velle negare licet.
Distinguendum hoc modo,
Magna rogas. puto me velle negare. licet?
Et sequenti versu, *At nisi*, pro *Et nisi*.

Ibidem.

At tibi nil faciam, sed lotâ mentula lanâ
λεικάζειν cupida dicet avaritia.
Putabam, *lotâ lavâ*. Vt dicat, ubi lævam fœda libidine inquinatam lavero, plorare te jubebo. Est autem illud, quod alibi, ----*pellice lavâ Viteris*.---- Et,

Succurrit

Succurrit pro te sæpè sinistra mihi. Pro λαιχάζειν benè Scaliger *αἰάζειν*.

EPIGR. LXXIII.

Drauci Nata sui vocat pipinnam, &c.
Legendum est, *pisinnam*. Vocabat ejus M. pusiunculum, quæ in justam tamen ac virilem magnitudinem jam excreverat. *Pisinni* pueri. Labeo apud veterem Persij Scholiasten, ex Homero:
Crudum manduces Priamum, Priamique pisinnos.

EPIGR. LXXXVI.

Sidere percussa est subito tibi, Zoile, lingua,
Dum lingis. certè, Zoile, nunc futuu.
Malim hoc modo:
Dum lingis. Certe, Zoile, nunc futues.

EPIGR. XCV.

Hoc quoque non curo, quod tu mea carmina carpas,
Compilas. --- Scribe, --- *quod, dum mea carmina carpis.*
Compilas. ---

LIBRO DVODECIMO.

EPIGR. VI.

Hoc Epigramma dividendum est in duo. Prioris finis versus esto,
Dux tibi sit semper talis, & iste diu.
Alterius initium ille,
Macte animi, &c.
Hæc sunt, amicissime Scriveri, quæ hoc tempore nobis occurrebant; qualiacumque sunt, ad te mittimus. Quibus si tua elicuero, summam votorum attigi. Vale, Vir Clarissime, & nos amare perge. Scribebam Hamburgi XXII. Ianuarij, CIↃ.IↃC XVIII. in ædibus Leonardi Van-Sorgij, viri, cujus ego comitati omnia debeo.

IOAN.

IOAN. ISAACI PONTANI SPICILEGIVM ad Martialem.

Isacius Scriverio suo S.

IN Daniam cùm nuper evocatus excurrissem, essemque in eo, ut quæcunque ad historiam ac res Daniæ illustrandas propius pertinerent, conquirerem atque indagarem, accidit ut illustris ac magnifici viri CHRISTIANI FRIIS, serenissimæ Maiestatis Regiæ MAGNI CANCELLARII, instructissimam Bibliothecam ingressus, nō tantum quæ huic siti levandæ facerent luculenter deprehenderem, sed & alia, interque ceteros litteraturæ elegantioris autores, Martialem in membranis reperirem. Quem quia te, Scriveri jucundissime, multis iam annis Reipublicæ literariæ ex promisso debere non ignorarem, cogitavi haud abs re facturum me, si & hic Codex, non nolente illustri Cancellario, cum libris vulgatis collatus, tuis illis post omnes omnium accuratissimis observationibus suam quoque symbolam conferret. Et ecce vel ista iam tibi; quæ ego, dum permittunt feriæ, quodammodo furtim & festinanter, adhibitis præcipue tua & Gruteri nostri limatissimis editionibus, in hanc corollam vice Spicilegii, & quasi è quercu exsculpta conieci. Nam post vestras paleas totque inspectos consultosque Manuscriptos, hic velle satagere, multaque ac magna minitari, esset, quod dicitur, sincerum vas incrustare, & stellis nebulam spargere candidis. Hoc itaque agamus.

LIBRO SPECTACVLORVM.

Epigr. VI. *Prostratum Nemees & vastâ in valle leonem*] Danicus Codex Spectaculorum hoc libro destituebatur. interim coniecturâ ductus legerim;

Prostratum Nemees evastâ mole leonem,

Quemadmodum Epigr. XV:

Stravit & ignotâ spectandum mole leonem.

Ep. XIX. *Occubuit tandem cornuto ardore petitus.*] Esse in Manuscriptis intelligo, *cornuto ab ore petitus*: ut dubitandum vix sit, quin fuerit, *cornuto abs ore petitus. Cornutum os* eleganter dentes elephanti intelligit,

git, ſicut & lib. I. epigr. LXXII. eoſdem *Ind'cum cornu* dicit. Vide & Philoſtratum li. II. Alias, vulgatum ſi defendere libeat, dicendum *cornuto ard re* poſitum, pro cornibus infeſtis. Quod an ſimili, & quæ Authori uſitata ſit, phraſiologia ſe tutari poſſit, nondum reperio. quamvis per nebulam menti quid obverſetur, quod nunc non occurrit.

Ep. XXVII. *Sæcula Carpophorū, Cæſar ſi priſca tuliſſent,*
Iam nullum monſtris orbe fuiſſet opus.

Torſit hic locus plures, & nobis quoque negotium aliquando faceſſijt. Nunc, quia ſub finem epigrammatis Herculis fit mētio, & eo veluti epiphonemate epigramma clauditur, vix ambigerem legere:

Iam nullo monſtris Hercle fuiſſet opus.

Certè id, nec aliud, videtur velle dicere.

LIBRO EPIGRAMMATVM PRIMO.

Præfat. *Videor mihi meo iure facturus, ſi epiſtolam verſibus clauſero.*] Quod in Danico eſt, lenius fortaſſis elegantiusq; eſt. Legit enim, *ſi epiſtolā verſibus cluſero.*

Epig. VI. *Quæ maiora putas miracula? ſummus utriſque Auctor adeſt: Hæc ſunt Cæſaris, illa Iovis.*

Codex Danicus habet, *Actor adeſt.* Quod neſcio an planè improbandum. Actor opponitur ſpectatori. Cæſar itaque actor, reſpectu populi, qui ſpectator.

Ep. VII. *Pectore nec nudo ſtrictos incurris in enſes.*] Perſuaſum ferè habeo Martialē ſcripſiſſe quomodo eſt in Danico, *decurris.* Et ita evitatur inſuavior illa colliſio vocum *incurris*, &, *in enſes.*

Ep. XLII. *Credideram ſatis hoc vos docuiſſe patrem.*] Scribendum cum Danico:

Credideram ſatis hoc edocuiſſe patrem.

Ep. XLIX. *Sterilemq; Calvum nivibus.*] Convenit hîc Danico cum Cod. Anglicano, in quo, *Senemq; Catum.*

Ep. LXVI. *Liber homo es nimiū, dicis mihi, Chærile, ſemp;*
In te qui dicit, Chærile, liber homo eſt.

Prętulerim quod habet Danicus, *In te quiquis agit Ch·*

Ep. LXXVI. *Pierios differ cantuſque choroſq; ſororū.*] Et

hîc

hic quoque potiùs puto quod est in eodem Danico:
Pierios differ cantus citharamq; sonantem.

LIBRO SECVNDO.

Præfat. *Noli ergo, si tibi videtur, rem facere ridiculam, & in toga saltanti inducere personam.*] Legerim ex illis vestigijs: *& in togâ saltantis inducere personam.* Alij libri, *& togã saltanti inducere persona.* Quod eôdẽ redit.
Ep. VII. *Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.*] Danicus Cod. *ardalio.* nec aliter Glossæ Isidori: *Ardalio, glutto, vorax, manducus.* Et iterum eodem modo scribit Danicus lib. IV. Epigr. LXXVIII. --- *Deformius, Afer,*
Omnino nihil est ardalione sene.
Ep. XIV. *Nam thermis, iterumque iterumque iterumq; lavatur*] Cod. ille noster: *Nam thermis iterum toties iterumque lavatur.* concinnius, ut puto.
Ep. XVI. *Quid thorus à Nilo, quid sindone cinctus olenti?*] Cùm tingi sindone lectus nequeat, placuit ita edere viris doctis. At Danicus liber hunc scrupulum tollit legitque, *Sidone tinctus olenti.* Iterum Martialis lib XIV, Lem. CLII.
Ebria Sidoniæ cùm sim de sanguine concha.
Ep. XL. *Novi hominis fraudes, esurit atque sitit.*] Elegantius est, et, quantum judico, Martialis γνήσιον, quod habet vulgatis conspirans Danicus: *Novi hominis mores.*
Ep. XC. *Differat hoc, patrios optat qui vincere census,*
Atriaque immodicis arctat imaginibus.
Repetit Danicus vocabulum *qui,* legitque:
Atria qui immodicis arctat imaginibus.
Auribus meis nec inconcinnè, nec supervacuè.

LIBRO TERTIO.

Ep. IV. *Si, quibus in terris, qua simus in urbe, rogabit.*] MS. ille Danicus fortasse melius,
Si, quibus in terris, quo simus in orbe, rogabit.
Ep. XI. *Sed simile est aliquid, pro Laide Thaida dixi.*] Danicus disertè habet pro *dixi, dixe*; quod per syncopem valet, *dixisse*; quemadmodum & *dixti* pro *dixisti,* aliaque

alia [illegible]
Ep. [illegible]
idem [illegible]
tecum [illegible]
nem Ma [illegible]
Ep.XL [illegible]
ptes [illegible]
Quod an [illegible]
tantū accumulasse [illegible]
Ep.L. [illegible]
Pro *per* [illegible]
male. ante enim [illegible]
Ibid. *Et* [illegible]
Et hic a [illegible]
rit noster Da [illegible]
Et quaeritur [illegible]
Est autem [illegible]
sed exci [illegible]
erosis atque [illegible]
gurini poemata [illegible]
vivam fatigant [illegible]
gatis [illegible]
proxime [illegible]
vocabulum. Non autem [illegible]
nes nisi aut lepor [illegible]
ponere. Vel [illegible]
brana, quae non [illegible]
ex illo codice [illegible]
is esse *brama* quot [illegible]
Ep.LXIII. *Quid narrat* [illegible]
Res [illegible]
Ita tibi nuper [illegible]
Quid narrat [illegible]
Res [illegible]
LXVII. *Cessata* [illegible]
que: *Cessata* [illegible]
coniecimus [illegible]
vix placeat [illegible]

hic quoque potiùs puto quod est in eodem Danico:
Pierios differ cantus citharamq; sonantem.

LIBRO SECVNDO.

Præfat. *Noli ergo, si tibi videtur, rem facere ridiculam, & in toga saltanti inducere personam.*] Legerim ex illis vestigiis: *& in togâ saltantis inducere personam.* Alij libri, *& togã saltanti inducere personã.* Quod eôdẽ redit.
Ep.VII. *Vis dicam quid sis: magnus es ardelio.*] Danicus Cod. *ardalio.* nec aliter Glossæ Isidori: *Ardalio, glutto, vorax, manducus.* Et iterum eodem modo scribit Danicus lib. IV. Epigr. LXXVIII. --- *Deformius, Afer,*
Omnino nihil est ardalione sene.
Ep.XIV. *Nam thermis, iterumque iterumque iterumq; lavatur*] Cod. ille noster: *Nam thermis iterum toties iterumque lavatur.* concinnius, ut puto.
Ep.XVI. *Quid thorus à Nilo, quid sindone cinctus olenti?*] Cùm tingi sindone lectus nequeat, placuit ita edere viris doctis. At Danicus liber hunc scrupulum tollit legitque, *Sidone tinctus olenti.* Iterum Martialis lib XIV, Lem. CLII.
Ebria Sidoniæ cùm sim de sanguine concha.
Ep.XL. *Novi hominis fraudes, esurit atque sitit.*] Elegantius est, et, quantum judico, Martialis γνήσιον, quod habet vulgatis conspirans Danicus: *Novi hominis mores.*
Ep.XC. *Differat hoc, patrios optat qui vincere census,*
Atriaque immodicis arctat imaginibus.
Repetit Danicus vocabulum *qui*, legitque:
Atria qui immodicis arctat imaginibus.
Auribus meis nec inconcinnè, nec supervacuè.

LIBRO TERTIO.

Ep.IV. *Si, quibus in terris, qua simus in urbe, rogabit.*] MS. ille Danicus fortasse melius,
Si, quibus in terris, quo simus in orbe, rogabit.
Ep.XI. *Sed simile est aliquid, pro Laide Thaida dixi.*] Danicus disertè habet pro *dixi*, *dixe*; quod per syncopem valet, *dixisse*; quemadmodum & *dixti* pro *dixisti*, aliaque

aliaque eiusmodi Poeta non respuit.

Ep. XXIV. *Vt cito testiculos peracuta falce secaret.*] MS. idem, *& acuta.* Quòd haud dubiò fuisse, *sed acuta*, tecum sentio, mi Scriveri. qui eam dicendi rationem Martiali familiarem luculenter demonstrasti.

Ep. XLIV. *Ad cœnam venio, fugas sedentem.*] Manuscriptus jam sæpè laudatus, pro *sedentem*, habet *edentem*. Quod amplecterer, nisi etiam sedisse in lectis non tantũ accubuisse antiquitus, scirẽ. Vide Ep. 67. lib. 8

Ep. L. *Alter perlegitur, dum fercula prima morantur.*] Pro *perlegitur*, præfert liber Danicus, *porrigitur*, nec malè. antè enim dixerat, *affertur.*

Ibid. *Et quartum recitas & quintum denique librum.*] Et hic à cæteris diversum quid ac peculiare suggerit noster Danicus. Legit enim:

Et quartum recitas & quintum denique broma.

Est autem Βρῶμα Græcis non cibus modò edulisq; sed exesum quoque atque erosum edulium. ut ita erosis atque exesis edulijs videatur comparare Ligurini poemata, quibus magis quàm ferculis convivam fatigabat. Vocem autem *librum*, quæ in vulgatis hæret, minus cõvenire huic loco arguit, quòd proximè præcedat eodem hoc Epigrammate idem vocabulum. Non autem solet Poeta easdem dictiones, nisi aut lepor, aut necessitas id postulet, iteratò ponere. Vel hujus solius loci causâ dignæ hæ Membranæ, quæ non perirent. Et certè puto me verum ex illo codice eruisse, cùm intelligam in duobus tuis esse *bruma*. quod profectò favet Danico.

Ep. LXIII. *Quid narras! hoc est, hoc est homo, Cotile, bellus? Res pratricosa est, Cotile, bellus homo.*

Ita tibi nuper editum. Cod. Danicus:

Quid narras! hoc est homo bellus, Cotile, semper!
Res pertricosa est, Cotile, bellus homo.

LXVII. *Cessatis pueri nihilq; nostis.*] Idem ille MS. alijque: *Cessatis pueri nihilq; nostis.* Adeo ut olim quod coniecimus, *nihilq; potis*, pro *potestis*, loco *nostis*, nunc vix placeat. quãvis ita & alibi loquatur Martialis: ut

hic quoque potiùs puto quod est in eodem Danico:
Pierios differ cantus citharamq; sonantem.

LIBRO SECVNDO.

Præfat. *Noli ergo, si tibi videtur, rem facere ridiculam, & in toga saltanti inducere personam:*] Legerim ex illis vestigijs: *& in togâ saltantis inducere personam.* Alij libri, *& togã saltanti inducere persona.* Quod eôdẽ redit. Ep.VII. *Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.*] Danicus Cod. *ardalio.* nec aliter Glossæ Isidori: *Ardalio, glutto, vorax, manducus.* Et iterum eodem modo scribit Danicus lib.IV. Epigr.LXXVIII. --- *Deformius, Afer,*
Omnino nihil est ardalione sene.

Ep.XIV. *Nam thermis, iterumque iterumque iterumq; lavatur*] Cod. ille noster: *Nam thermis iterum toties iterumque lavatur.* concinnius, ut puto.
Ep.XVI. *Quid thorus à Nilo, quid sindone cinctus olenti?*] Cùm tingi sindone lectus nequeat, placuit ita edere viris doctis. At Danicus liber hunc scrupulum tollit legitque, *Sidone tinctus olenti.* Iterum Martialis lib XIV, Lem.CLII.
Ebria Sidoniæ cùm sim de sanguine conchæ.
Ep.XL. *Novi hominis fraudes, esurit atque sitit.*] Elegantius est, et, quantum judico, Martialis γνήσιον, quod habet vulgatis conspirans Danicus: *Novi hominis mores.*
Ep.XC. *Differat hoc, patrios optat qui vincere censꝰ,*
Atriaque immodicis arctat imaginibus.
Repetit Danicus vocabulum *qui*, legitque:
Atria qui immodicis arctat imaginibus.
Auribus meis nec inconcinnè, nec supervacuè.

LIBRO TERTIO.

Ep.IV. *Si, quibus in terris, qua simus in urbe, rogabit.*]
MS. ille Danicus fortasse melius,
Si, quibus in terris, quo simus in orbe, rogabit.
Ep.XI. *Sed simile est aliquid, pro Laide Thaida dixi.*] Danicus disertè habet pro *dixi, dixe*; quod per syncopem valet, *dixisse*; quemadmodum & *dixti* pro *dixisti*,
aliaque

aliaque eiusmodi Poeta non respuit.

Ep. XXIV. *Vt cito testiculos peracuta falce secaret*] MS. idem, *& acuta.* Quod haud dubiò fuisse, *sed acuta*, tecum sentio, mi Scriveri. qui eam dicendi rationem Martiali familiarem luculenter demonstrasti.

Ep. XLIV. *Ad cœnam venio, fugas sedentem.*] Manuscriptus jam sæpè laudatus, pro *sedentem*, habet *edentem.* Quod amplecterer, nisi etiam sedisse in lectis non tantũ accubuisse antiquitus, scirẽ. Vide Ep. 67. lib. 8

Ep. L. *Alter perlegitur, dum fercula prima morantur.*] Pro *perlegitur*, præfert liber Danicus, *porrigitur*, nec malè. antè enim dixerat, *affertur.*

Ibid. *Et quartum recitas & quintum denique librum.*] Et hic à cæteris diversum quid ac peculiare suggerit noster Danicus. Legit enim:

Et quartum recitas & quintum denique broma.

Est autem Βρῶμα Græcis non cibus modò eduliũq; sed exesum quoque atque erosum edulium. ut ita erosis atque exesis edulijs videatur comparare Ligurini poemata, quibus magis quàm ferculis convivam fatigabat. Vocem autem *librum*, quæ in vulgatis hæret, minus cõvenire huic loco arguit, quòd proximè præcedat eodem hoc Epigrammate idem vocabulum. Non autem solet Poeta easdem dictiones, nisi aut lepor, aut necessitas id postulet, iteratò ponere. Vel hujus solius loci causâ dignæ hæ Membranæ, quæ non perirent. Et certè puto me verum ex illo codice eruisse, cùm intelligam in duobus tuis esse *bruma.* quod profectò favet Danico.

Ep. LXIII. *Quid narras! hoc est, hoc est homo, Cotile, bellus?*
Res pratricosa est, Cotile, bellus homo.

Ita tibi nuper editum. Cod. Danicus:

Quid narras! hoc est homo bellus, Cotile, semper!
Res pertricosa est, Cotile, bellus homo.

LXVII. *Cessatis pueri nihilq; nostis.*] Idem ille MS. alijque: *Cessatis pueri nihilq; nostis.* Adeo ut olim quod coniecimus, *nihilq; postis*, pro *potestis*, loco *nostis*, nunc vix placeat. quãvis ita & alibi loquatur Martialis: ut

hic quoque potiùs puto quod est in eodem Danico:
Pierios differ cantus citharamq; sonantem.

LIBRO SECVNDO.

Præfat. *Noli ergo, si tibi videtur, rem facere ridiculam, & in toga saltanti inducere personam:*] Legerim ex illis vestigijs: *& in togâ saltantis inducere personam.* Alij libri, *& togã saltanti inducere persona.* Quod eôdē redit.
Ep. VII. *Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.*] Danicus Cod. *ardalio.* nec aliter Glossæ Isidori: *Ardalio, glutto, vorax, manducus.* Et iterum eodem modo scribit Danicus lib. IV. Epigr. LXXVIII. --- *Deformius, Afer,*
Omnino nihil est ardalione sene.
Ep. XIV. *Nam thermis, iterumque iterumque iterumq; lavatur*] Cod. ille noster: *Nam thermis iterum toties iterumque lavatur.* concinnius, ut puto.
Ep. XVI. *Quid thorus à Nilo, quid sindone cinctus olenti?*] Cùm tingi sindone lectus nequeat, placuit ita edere viris doctis. At Danicus liber hunc scrupulum tollit legitque, *Sidone tinctus olenti.* Iterum Martialis lib XIV, Lem. CLII.
Ebria Sidoniæ cùm sim de sanguine conchæ.
Ep. XL. *Novi hominis fraudes, esurit atque sitit.*] Elegantius est, et, quantum judico, Martialis γνήσιον, quod habet vulgatis conspirans Danicus: *Novi hominis mores.*
Ep. XC. *Differat hoc, patrios optat qui vincere census,*
Atriaque immodicis arctat imaginibus.
Repetit Danicus vocabulum *qui*, legitque:
Atria qui immodicis arctat imaginibus.
Auribus meis nec inconcinnè, nec supervacuè.

LIBRO TERTIO.

Ep. IV. *Si, quibus in terris, qua simus in urbe, rogabit.*] MS. ille Danicus fortasse melius,
Si, quibus in terris, quo simus in orbe, rogabit.
Ep. XI. *Sed simile est aliquid, pro Laide Thaida dixi.*] Danicus disertè habet pro *dixi*, *dixe*; quod per syncopem valet, *dixisse*; quemadmodum & *dixti* pro *dixisti*,
aliaque

aliaque eiusmodi Poeta non respuit.

Ep. XXIV. *Vt cito testiculos peracuta falce secaret*] MS. idem, *& acuta*. Quod haud dubiò fuisse, *sed acuta*, tecum sentio, mi Scriveri. qui eam dicendi rationem Martiali familiarem luculenter demonstrasti.

Ep. XLIV. *Ad cenam venio, fugas sedentem.*] Manuscriptus jam sæpè laudatus, pro *sedentem*, habet *edentem*. Quod amplecterer, nisi etiam sedisse in lectis non tantū accubuisse antiquitus, scirē. Vide Ep. 67. lib. 8

Ep. L. *Alter perlegitur, dum fercula prima morantur.*] Pro *perlegitur*, præfert liber Danicus, *porrigitur*, nec malè. antè enim dixerat, *affertur*.

Ibid. *Et quartum recitas & quintum denique librum.*] Et hic à cæteris diversum quid ac peculiare suggerit noster Danicus. Legit enim:

Et quartum recitas & quintum denique broma.

Est autem Βρῶμα Græcis non cibus modò eduliśq; sed exesum quoque atque erosum edulium. ut ita erosis atque exesis edulijs videatur comparare Ligurini poemata, quibus magis quàm ferculis convivam fatigabat. Vocem autem *librum*, quæ in vulgatis hæret, minus cōvenire huic loco arguit, quòd proximè præcedat eodem hoc Epigrammate idem vocabulum. Non autem solet Poeta easdem dictiones, nisi aut lepor, aut necessitas id postulet, iteratò ponere. Vel hujus solius loci causâ dignæ hæ Membranæ, quæ non perirent. Et certè puto me verum ex illo codice eruisse, cùm intelligam in duobus tuis esse *bruma*. quod profectò favet Danico.

Ep. LXIII. *Quid narras! hoc est, hoc est homo, Cotile, bellus?*
Res pretricosa est, Cotile, bellus homo.

Ita tibi nuper editum. Cod. Danicus:

Quid narras! hoc est homo bellus, Cotile, semper!
Res pertricosa est, Cotile, bellus homo.

LXVII. *Cessatū pueri nihilq; mostu.*] Idem ille MS. alijque: *Cessatu pueri nihilq; nostu.* Adeo ut olim quod coniecimus, *nihilq; postu*, pro *potestu*, loco *nostu*, nunc vix placeat. quāvis ita & alibi loquatur Martialis: ut

hic quoque potiùs puto quod est in eodem Danico:
Pierios differ cantus citharamq; sonantem.

LIBRO SECVNDO.

Præfat. *Noli ergo, si tibi videtur, rem facere ridiculam, & in toga saltanti inducere personam:*] Legerim ex illis vestigijs: *& in togâ saltantis inducere personam.* Alij libri, *& togã saltanti inducere persona.* Quod eôdẽ redit.
Ep. VII. *Vis dicam quid sis! magnus es ardelio.*] Danicus Cod. *ardalio*, nec aliter Glossæ Isidori: *Ardalio, glutto, vorax, manducus.* Et iterum eodem modo scribit Danicus lib. IV. Epigr. LXXVIII. --- *Deformius, Afer, Omnino nihil est ardalione sene.*
Ep. XIV. *Nam thermis, iterumque iterumque iterumq; lavatur*] Cod. ille noster: *Nam thermis iterum toties iterumque lavatur.* concinnius, ut puto.
Ep. XVI. *Quid thorus à Nilo, quid sindone cinctus olenti?*] Cùm tingi sindone lectus nequeat, placuit ita edere viris doctis. At Danicus liber hunc scrupulum tollit legitque, *Sidone tinctus olenti.* Iterum Martialis lib XIV, Lem. CLII.
Ebria Sidoniæ cùm sim de sanguine concha.
Ep. XL. *Novi hominis fraudes, esurit atque sitit.*] Elegantius est, et, quantum judico, Martialis γνήσιον, quod habet vulgatis conspirans Danicus: *Novi hominis mores.*
Ep. XC. *Differat hoc, patrios optat qui vincere census,*
Atriaque immodicis arctat imaginibus.
Repetit Danicus vocabulum *qui*, legitque:
Atria qui immodicis arctat imaginibus.
Auribus meis nec inconcinnè, nec supervacuè.

LIBRO TERTIO.

Ep. IV. *Si, quibus in terris, qua simus in urbe, rogabit.*] MS. ille Danicus fortasse melius,
Si, quibus in terris, quo simus in orbe, rogabit.
Ep. XI. *Sed simile est aliquid, pro Laide Thaida dixi.*] Danicus disertè habet pro *dixi*, *dixe*; quod per syncopem valet, *dixisse*; quemadmodum & *dixti* pro *dixisti*,
aliaque

aliaque eiusmodi Poeta non respuit.

Ep. XXIV. *Vt cito testiculos peracuta falce secaret*] MS. idem, *& acuta*. Quòd haud dubiò fuisse, *sed acuta*, tecum sentio, mi Scriveri. qui eam dicendi rationem Martiali familiarem luculenter demonstrasti.

Ep. XLIV. *Ad cœnam venio, fugas sedentem.*] Manuscriptus jam sæpè laudatus, pro *sedentem*, habet *edentem*. Quod amplecterer, nisi etiam sedisse in lectis non tantū accubuisse antiquitus, scirē. Vide Ep. 67. lib. 8

Ep. L. *Alter perlegitur, dum fercula prima morantur.*] Pro *perlegitur*, præfert liber Danicus, *porrigitur*, nec malè. antè enim dixerat, *affertur*.

Ibid. *Et quartum recitas & quintum denique librum.*] Et hic à cæteris diversum quid ac peculiare suggerit noster Danicus. Legit enim:

Et quartum recitas & quintum denique broma.

Est autem Βρῶμα Græcis non cibus modò eduliū́q; sed exesum quoque atque erosum edulium. ut ita erosis atque exesis edulijs videatur comparare Ligurini poemata, quibus magis quàm ferculis convivam fatigabat. Vocem autem *librum*, quæ in vulgatis hæret, minus cōvenire huic loco arguit, quòd proximè præcedat eodem hoc Epigrammate idem vocabulum. Non autem solet Poeta easdem dictiones, nisi aut lepor, aut necessitas id postulet, iteratò ponere. Vel hujus solius loci causâ dignæ hæ Membranæ, quæ non perirent. Et certè puto me verum ex illo codice eruisse, cùm intelligam in duobus tuis esse *bruma*. quod profectò favet Danico.

Ep. LXII. *Quid narras! hoc est, hoc est homo, Cotile, bellus?*
Res pratricosa est, Cotile, bellus homo.

Ita tibi nuper editum. Cod. Danicus:

Quid narras! hoc est homo bellus, Cotile, semper!
Res pertricosa est, Cotile, bellus homo.

LXVII. *Cessatis pueri nihilq́ mostis.*] Idem ille MS. alijque: *Cessatis pueri nihilq́ nostis*. Adeo ut olim quod coniecimus, *nihilq́ postis*, pro *potestis*, loco *nostis*, nunc vix placeat. quāvis ita & alibi loquatur Martialis: ut

in illo: *Possum nil ego sobrius.* & Cyprianus: *Cur Deos putas pro Romanis posse?* Et Virgilius: *Nihil ille nec ausus, nec potuit.* Sed syncope illæc enormior quàm ut videatur convenire Martiali; licet Catullus *misti* extulerit, pro *misisti*; & Virgilius *iusso*, pro *iussero*. Seneca Epist. LIX: *Dicebant antiqui* SI IVSSO, *id est*, IVSSERO. *Hoc nolo mihi credas, sit fides Virgilio:*

Cetera qua iusso, mecum manus inferat arma.

Sed, ut dixi, manuscriptorum lectionem haberi potiorem libens concedo.

Ep. XCIII. *Pectus cicada crusculumque formica.*] Quod erat in Codd. Palat. Bongars. Britann. & quarto Gruteriano, *crus colorque formica*, idem & Danicus exhibet, atque aliquot Scriveriani.

Ibid. *Regelare nec te pestilentia possit.*] Vt constet suis numeris versus, scribendum non *posit*, sed *possis* personâ secundâ, quâ & efferuntur quæ præcedunt, quæque sequuntur. Atque ita simul vox *pestilentia* non primo, sed sexto iam casu exaudienda. Denique illo ibidem versu,

Virumque demens cineribus tuis quaris,

legit Danicus, pro *cineribus*, *funeribus*.

LIBRO QVARTO.

Ep. XXII. *Sic prohibet teneras gemma latere rosas.*] Danicus MS. *Sic prohibet tenuis gemma latere rosas.* Vt in vitro, inquit, puro numerantur & apparent lilia, ita in tenui & pellucidâ gemmâ rosæ. Quod & tibi, Scriveri optime, in mentem venisse video.

Ep. LXXX. *Magna tamen res est. erras, cùm viscera febris Exurit, res est magna tacere Mathon.*

Alij Codd. *errans cùm vis.* in nostro erat, *torret.* ut putem fuisse, *torrens cùm viscera febris Exurit.*

LIBRO QVINTO.

Ep. XXI. *Quintum pro Decimo, pro Crasso Regule Macrum*] Ita Codd. Gruteriani, tuique, & noster. nec aliter jam olim adolescentes restituendum indicavimus,

vimus, cùm anno CIↃ IↃ XCVII ederemus Macrobium. Vulgò & in editionibus est nullo lepore, *Marcum*. Quod mendum animadversum etiam Gulielmio, te suggerente mi Sciveri, postea sidici.

Ep. XXXVII. *Rhenique nodos auream, nitellam.*] MS. noster, *nitelam*. Sed ut versus constet. prima syllaba eius vocis sit longa oportet. Divinabam itaque *vitellam*. ut nimirum à *vitta*, *vittula*; & inde *vitella* fuerit formata. quamvis asseveratum nihil velim. Et hoc Colero in mentem venisse, ad Val. Maximum, innuebas.

LIBRO SEXTO.

Ep. XXI. *Sed tu jam dea cade duos.*] MS. Danicus: *sed tu iam dea parcedeo.* Fortasse scribendum: *sed tu jam dea parce deo.*

Ep. XXXII. *Sit Cato, dum vivit, sanè vel Cæsare maior.*
Dum moritur, numquid maior Othone fuit?

Vult concludere Catonem, dum moritur, non fuisse Othone maiorem. at dicere, *numquid maior Othone fuit?* affirmativam potius, ut loquuntur, statuit, id est, fuisse Othone maiorem. ut itaque constet sensus, divisè legerim hoc modo:

Dum moritur, num quid maior Othone fuit?

Vt nimirum *quid* pro *quidquam* intelligatur. Dum, inquit, moritur seque interficit Cato, num quidquam maior fuit Othone? quasi dicat, nequaquam.

Ep. XLV. *Turpior uxor erit, quàm modò mœcha fuit.*] Danicus: *Turpius uxor erit*. nec planè spreverim.

Ep. LXXIV. *Medio recumbit imus ille qui lecto.*] Idem Codex pro *imus* habet *unus*. Et sanè qui, ut ipse versus loquitur, lecto medio recumbit, quomodo is eodem in lecto dici imus potest?

Ep. XCIII. *Tam malè Thais olet, quàm non fullonis avari Testa vetus.*] Danicus MS. pro *avari*, servat *anheli*. Et statim illis verbis, *aut acidâ latet oblita creta*, pro *latet*, *nitet* exhibet.

LIBRO SEPTIMO.

Ep. II. *I comes, & magnos illæsa merêre triumphos.*] Ha-

bet idem MS. *illaesa im̄ge triumphos*, quod puta fuisse, *illaesa iniunge triumphos*.

Ep. XII. *Ludimus innocui. seu hoc bene. iuro potentia Per genium famae*. Membranae eaedem: *Ludimus innocui verbis, hoc iuro*, &c. quae vulgatorum omnium ferè lectio.

Ep. LI. *Capiet canula parva duos*.] Iterum eaedem membranae: *parvula cana*. quod ego praetulerim.

Ep. LXII. *Reclusis foribus grandes percidis Amille*.] *Glandes*, non *Grandes*, est in Danico.

Ep. LXIV. *Sicanias urbes Aetnaaque regna petisti*.] *Externaq; regna*, Cod. Danicus.

LIBRO OCTAVO.

Praef. *Quamvis autem epigrammata severissimis quoque supremae fortunae viris ita scripta sint* &c.] Quod in Danico est, nullam habet amphiboliam. Legit enim: *quamvis autem epigrammata à severissimis quoque*, & *s.* &c.

Ep. IV. *Nam non haec hominum, Germanice, gaudia tantùm*.] Cod. Danicus, ut nobis videtur, concinnius: *Non sunt haec hominum*. Et ita quoque legisse Iunij codicem postea animadverti.

Ep. VI. *Hic scyphus est, in quo misceri jussit amicis*
Largius Aeacides vividiusque merum.

Ita ex membranis, quae praeferebant, *invidiusque merum*, vel *inviduisque*, formaverunt viri docti. At cū Danicus noster habeat, *ebibituque merum*, labor ferè ut legam, *ebibitumq; merum*. Hoc scypho, inquit, ebibitum olim merum, quod infundi amicis Aeacides iusserat.

Ep. VII. *O quantum, Cinna, tacere potes*!] Danicus planè contrarium adducit. Habet enim: *ó quantum dicere, Cinna potes*!] Et velim id conferatur cùm verbis, quae praecedunt.

Ep. XV. *Dum nova Pannonici numeratur gloria belli*.] Ita & noster Danicus, itemque Iunij, nec non & alij etiam scripti Codd. At Gruteri Palat. monstrum lectionis

ctionis habet, *numeratur roriga belli.* quod fortasse fuerit *numeratur adorea belli. Adorea* enim proprie laus bellica, quia olim militibus, partâ victoriâ, ador sive frumentum donabatur loco præmij. Interim priorem ac receptam scripturam videatur asserere Epigramma XXVII. libri Spectaculorum, ubi iterum:

Herculea laudis numeretur gloria.

Ep.XXXIII. *Quam fert cum parvo sordidus asse cliens.*] Danicus, quemadmodum & Iunij Anglicanus, *parco.*

Ep.LIX. *Non fuit Antolyci tam piperata manus.*] Est in Cod. Danico, quomodò fere in alijs *piceata manus.* Illud *piperata* unus, ni fallor, MS. exhibuerat. Sed puto fuisse *properata*, id est, *cita* & *properans manus.* Indifferenter enim *properatus* & *properans* authoribus usurpatur. Vnde Silius lib. III, *gressu properato* dixit, quod ante eum, *pede properante* Catullus de Berenyce: Et Lucanus lib. III. *dextram properantem,* quod hîc Martialis *manum properatam.* Et Quintilianus lib. x. cap. III. *stilo properato*, pro *stilo properante.* Vsus iterum Martialis lib. x. Epigr. L.

Curribus illa tuis semper properata, brevisq;
Cursuit & vita tam propè meta tua?

Sed nuper admodum ex Daniâ alterum MS. Cod. Nobilissimi & magnifici Domini Cancellarij, Christiani Frijs, accepi, qui disertè *pipata* habet.

LIBRO NONO.

Ep. in effigiem suam.--- *Mihi parva locuto*
Sufficit in vestras sæpe redire manus.

Præferam ferè quod exhibet Danicus:

Sufficit in vestras posse redire manus.

Ep.LXI. *Atque suas potuit dicere nemo rosas.*] Videtur emendatius quod habet Danicus:

Quasque suas potuit dicere nemo rosas.

Ep.CI. *Æripedem silvis cervam.*] MS. Danicus, *Æripedem silvis taurum.* Et vide libri Spectaculorum Epigramma XXVII.

LIBRO DECIMO.

Ep.XXXVI. *Per freta per longas toxica sæva vias*] Est in Danico: *Toxica vina*. Et ita quoque supra lib. I. epig. XVIII.

Et dare Campano toxica vina cado.

Vulgo & ibi *toxica sæva*.

Ep.XLV. *Hoc tu pingue putas, & costam rodere mavis.*] Danicus habet, *Hoc ringue putas*. nec displicebit fortasse, modo inspiciantur antecedentia.

Ep.LXXII. *Pertulit Ausoniæ dona severa togæ.*

Danicus idem; *dona serena togæ*.

LIBRO VNDECIMO.

Ep.XXIX. *Invasit medicum ficâ nephreticus, Eucli,*

Et percidit Hylan: hic puto sanus erat.

Non de nephretico, sed phrenetico, hic loqui Poëtam, satis innuunt MSS. Sanè noster pro *nephreticus* disertè etiam legit *freneticus*. & firmat lectionē eam quod sequitur, *hic puto sanus erat*. Iunij prętereaCod. pro *ficâ, Nasica* prætulit: adeo ut sensus & syllabæ modulus totusque versus rectè se habeat, modò legamus hoc pacto:

Invasit medicum Nasica phreneticus, Eucli. &c.

Ep.XLVI. *Oblinitur minima si qua est suspicio rima.*] Ita Palat. Cod. ut monuit, Gruterus. Anglicanus tamen, ut & noster Danicus, servant. *suspectio*.

LIBRO DVODECIMO.

Præfat. *Si quid est enim in libellis meis quod placeat.*] Cod. Danicus: *Si quid est enim quod in libellis meis placeat*. deinde pro *conventus* in eâdem Epistolâ habet *convictus*. Et ista verba: *illa quæ delicati reliquimus, quasi destituti desideramus*, ita exhibet: *illa quæ delicatè reliquimus, desideramus quasi destituti*: Et statim, *iudicij loco livor*, non, *iudicis*.

Ep.XII. *Ibis, io, Romam nunc peregrine liber.*] Danicus Cod. *Ibis nunc Romam sed peregrine liber.*

Ep.XVIII. *Rupta proxima vel ũ à cathedrâ.*] Liber Danicus,

nicus, *Recta prox.* ut ad vestem, non cathedram, referatur.

LIBRO XENIORVM.

Lemmate LXI. *Hanc matris Cybeles esse decebat avem.*] Danicus Cod. *esse licebat avem.*

LXXVI. *Mullus.*] Danicus iterum: *Mullus vivus.* Quod habere emphasim videatur, nec frustra additum, si verba inspiciantur, quæ sunt in versu.

LIBRO APOPHORETORVM.

LXIX. Pro, *Muscarium bubulum*, quomodo id Lemma prænotatur, habet Danicus. *Muscar bubulum. Muscar* autem ut *specular*, quod est apud Tertullianum, aliaque similia per apocopen efferuntur.

LXXXI. *Scalptorium. Defendet manus hæc scapulas mordente molesto*

Pulice, vel si quid pulice sordidius.

Sunt hodieque hoc genus scalptoria frequenti in usu apud Turcas. Vnum, inter alia, Byzantio nuper secum retulit ornatissimus E. Brinckius noster, visiturque in ejus pinacothecâ. *Manus* autem eleganter Martiali dicitur, quia capulus ad instar extensi brachij oblongus ac teres est; extremitas verò in carpum & manum quasi desinit.

CXXIII. *Attritâ veniet sportula sæpè togâ.*] Editiones Iunianæ & Danicus Cod. *sportula multa.*

CXLV. *Stragula purpureis lucent villosa tapetis.*

Quid prodest, si te contegat uxor anus?

Ità vocem antepenultimam præter Codd. alios etiam Danicus perscripsit: Haud tamen esse eam genuinam germanam indicat editio præsertim Colinæi, in qua arguta & digna Martiale hæc lectio:

Quid prodest, si te congelat uxor anus?

CLXXII. *Hac timet ora puer.*] In Danico, quomodo & alij servant Codd. est, *pater.* quod haud planè reiecerim, etiamsi alterum alibi à nobis explicatum memini.

CXIIX.

CXCIX. *Non amo qui vincit, sed qui succumbere novit.*] MSS. noster secundus, pro *novit*, legit *non vult*. Quod & Iunij olim margines exhibuerunt. Eamque esse veram Auctoris lectionem & mentem, persuasum habeo. Vult enim dicere, Palæstritam non amare victorem, sed luctatorem; eum nimirum, qui ita se gerit sicque obluctatur, ut non nisi vi majore coactus succumbat.

CCXIX. *Non satis est ars sola coco, servire palato:*
Namque cocus domini debet habere gulam.

In Danico hic Lemmata aliquot desiderantur. Interim prætulerim, quam produxit lectionem Codex Pulmanni:

Non satis est ars sola coco; servire palato
Atque cocus domini debet habere gulam.

Sunt hæc, Scriveri, post tuam aliorumque messem, quas ex hoc agello colligere licuit, spicæ. Alius alia & plura fortassis colliget: mihi suffecerit quod in Danico præsertim codice à reliquis habebatur eximium, nec observatum aliis, demonstrasse. Idque si obtinuisse videbor, nec operam plane nobis nec impensam periisse sperabo. Tu amice vale, & fruere à Brinckio salutatus quàm honorifice. Dabam Hardervici XII Cal. Novemb. CIↃ IↃ CXVIII.

F I N I S.

IANI GRVTERI
AD
MARTIALEM
NOTÆ.

IANI GRVTERI IN AMPHITHEATRVM NOTÆ.

Dolendum ſanè optimum Palatinum codicem nihil habuiſſe huius libelli: aliter, magnâ vi macularum leviorem reddidiſſet. Ceterùm Amphiteatrica iſtæc & Circenſia viſuntur in mſ. noſtro tertio, non loco aliquo ſingulari, ſed p ſt Epigramma tertium libri quarti.

Epigr. 4. Tradita Getulis) *Et noſter & Muſarum amor Lipſius emendat*, Traducta eſt titulis, nec &c. *ingenioſè admodum, haud id tamen auſi recipere pro germano Auctoris, quòd nullo fulciretur robuſtæ auctoritatis codice mſ. propugnarentque alterũ olim cuſi. nam illud,* Traducta eſt Gyaris, *quod occupavit editiones recentiores, eſt commentum virulenti illius Merulæ. Quid ſuſpicer? an Getulia iſtis delatoribus exſilium? an potius obiecti in theatro Elephantis Getulũ? ut iſtud neſcio, ita ſcio mſ. noſtrum tert. accommodare Epigramma præſens Cæſari Traiano, ac collocare lib.* 10. *poſt Epigr.* 28. *non abſurdè. nam ut ſemel dicam quod ſentio, arbitror omnia Epigrammata quæ huius materiæ, etſi diverſis temporibus imputata nunc Tito, nunc Domitiano, nunc Traiano, ſelecta, deinde & coacta in unum volumen: quemadmodum etiam accidiſſe Priapeis, quid vetat ſuſpicari? hactenus tamen, ut hæc ſint auctoris non unius.*

Epigr. 6. Et vaſtâ in valle.) *Illud,* & vaſta, *prorſus hiat: cuperem reſtitui epitheton ſyllabarum trium eiectâ coniunctiunculâ* & *mſ. quart. habet,* & vaſta velle, *eliminato* in. *ut non temerè hariolari aliquis poſſet loco* valle *reponendum* pelle.

Epigr. 7. Nimio pectore. *) Id eſt quod ſuo cruciatu expertus nimium, utpote quotidie renaſcens. qui heic malunt,* nudo pectore, *an non vident odioſè iterari eandem*

vocem versu sequenti? nam meis auribus, nulla hæc oppositio elegantior.

Ibid. Viscera præbuit vrso.) *Ms. quart. clarè sic habet, cuius fide eradicavi vulgatum*, pectora præbuit, *tantò confidentius quod præcederet versu superiori*, pectore, *neque facile repeteret voces easdem noster, nisi ob caussam.*

Ibid. Denique supplicium &c.) *Non video quomodo hæc connecti queant præcedentibus. aut exciderunt versus aliquot intermedij, aut isthæc sunt adulterina. certè ms. tert. nec distichon istud agnoscit nec sequens. visitur quidem in quarto, sed tali cum notâ*: Hos quatuor versus esse Panormitani. *& verò me volente pro talibus exsulaverint ætatem. ite igitur Morbmiam.*

Epigr. 12. Iam tecto cessent venabula ferro) *Aliud quid repenendum loco vocis*, tecto, *arguit noster quart. in quo ad oram* terso; *quod non displicet, imò aliquanto magis arridet quàm illud* recto; *quod commenti sunt Critici. Melissus noster non dubitat excidisse verbum priscum*, terto.

Epigr. 17. Nunc stemma) *Videtur esse in Pal st. altero* scema, *aut sane* stema; *quo firmaretur coniectura amici unici Dousæ, cui placebat* schema: *nisi fortè appositè magis Marcilius*, scamma.

Ibid. Nulloque docente.) *Veniebat sub acumen styli*, multoque docente: *haud tamen etiam satisfaciebat.*

Epigr 21. Pars illa Triumphum.) *Scripsi literâ maiore, ut constaret esse nomen viri. neque aliter antiquitus editi. perperam nupera proles Bibliopolarum minore*, triumphum.

Epigr. 22. Immixtum pecudum &.) *Sic etiam duo mss. præstaret tamen* pecudi, *aut* pecori; *quod ultimum disertè præfert quart. probatque Marcilius: distinxitque item auctor lib.* 9. *Epigr.* 71.

Sidera si possent pecudesque feræque mereri.

Epigr. 23. Extulit ursum) *Religio fuit relegare lectionem trium manuscriptorum quos consului, quamvis admodum acquiescerem coniecturæ elegantissimæ, quam Iunio approbaverat Ianus Dousa*, urum. *nec movear iis quæ ad hunc locum Marcilius. nam quis negare ausit apud Septemtrionales populos videri posse ursos maiores uris, ut etiam uros maiores ursis? cùm unus idemque omnibus haud sit habitus,*

habitus. Planè; fuisse de genere taurorum illud, quod iactarit rhinoceros, evincat vel ipse Martialis in Apophoretis Epigr. 51.

Nuper in Ausoniâ domini spectatus arenâ,
Hic erit ille tibi, cui pila taurus erat.

respexit enim ad ea, qua habuimus supra Epigrammate 9. lepidèque dicatur urum fuisse rhincerotis, quod pila uro, sive tauro. Sed & iactare ursos gemino cornu, *quorum alterum in natibus, alterum in humeris, mihi non admodum verisimile. verùm taceo,* rabido ne forsitan ore Fumantem vivi natum tentauerim ursi.

Epigr. 25. Ipsa fuit) *Admodum probabiliter corculum illud Gratiarum & Minervæ, Dousa inquam noster,* ista. *adhæret tamen alteri mss. librorum trias.*

Epigr 27. Leandri votum.) *Interposui lemma, quod vel cæco appareret istud Epigramma aliud esse a disticho priore, nedum id monendi essemus.*

Epigr. 29. Iam nullum in monstris) *Edd. pleraque omiserant particulam* in, *cùm eam servaret & Calderino vulgatus liber, & mss. Palat. alter, necnon noster quartus; repræsentandam duxi, ne fides derogaretur tot testibus.*

Epig. 31. Cùm traheret &c.) *Epigrammata quatuor sequentia adiecimus, quod Martiali attribuerent ob argumenti similitudinem Catalecta viri & amici incomparabilis Iosephi Scaligeri.*

IANI GRUTERI
IN
EPIGRAMMATUM LIB. I.
NOTÆ.

PRæfat. Veritatem.) *Ita reposui ex Palatina Bibliotheca, Bong. & Iunij codd. scriptis. antea erat* licentiam: *quod heic minus quadrabat, meo quidem animo.*

Ibid. Nosses &c.) *Sic manuscripti, sic edd. antiqq. ut scilicet pendeat ab Epistolâ liminari.*

Epigr. 4. Dum basia iactas. *) Istud refinxi suasu Palat. Bong. & Iun. Scio esse qui pugnant pro alterâ lectione,* basia captas. *quid tum? stant à nobis quoque Dij certè sic Tacitus lib.* 1. *Hist.* Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgus, iacere oscula, & omnia serviliter pro dominatione. *Et pari casu Phadrus, lib* 5. *Fabulâ* 88.

In plausus consurrectum est. iactat basia
Tibicen; gratulari fautores putat.
Equester ordo stultum errorem intelligit. *&c.*

Epigr. 5. Lasciva est nobis &c.) *Malim immissâ interrogatione:* Lasciva est nobis pagina? vita proba est. *lepidiùs enim videatur, ut nec neget de se, nec fateatur.*

Epigr. 11. In illâ appetitur.) *Vulgo,* petitur; *sed alterum tuetur se fide mss. nostrorum & vett. editionum.*

Ibid. Tussit.) *Blandiebatur seculi nostri Pindaro, Paulo inquam Melisso,* tussis, *quod servant adhuc aliquot edd.*

Epigr. 11. Bis quinque numismata.) *Palat. ille,* bis bina; *ut fortè fuerit,* bis quina: *uti habet editio Iuniana.*

Epigr. 12. Nimirùm timuit nostras F.q.) *Non aliter mss. non aliter edd. vett. idque postulat sententia Aucteris. idem enim dicit quod infra lib.* 7. *Epigr.* 47.

Non tulit invidiam taciti regnator Averni,
Et raptas fatis reddidit ille colos.

addatur Epigr. 14. *lib.* 12. *plura heic appositè Heraldus, Iunius edidit* tenuit. *perperam.*

Epigr. 15. Gaudia non remanent *&c.) Sic calamo exarati duo & vetustè cusi. Iunius publicavit,* remeant; *sed non probo. reposui item paulo post,* fluunt, *cum mss. & edd. vett. pro quo Iuniana* fluent.

Epigr. 16. Quæ legis heic: aliter *&c.) Ita interpunxi. quoniã videretur rotundius. alij,* Quę legis: heic aliter *&c. quod minus placebat. Frequenter quidem indulsi iudicio meo in mutandis distinctionibus, neque id tamen semper prodidi, quod tale quid licere putarem sic satis exercitato in argutijs poëticis. Et quid ni liceret? iam ferè obtinet, ut quilibet auctorem quemvis interpolet, deformet, truncet, evirct, imò etiam enecet, impunè: tanquam si & heic valeret illud Satyrici:*

Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum
Si vis esse aliquid. ——

Epigr. 20.

Epigr. 20. Tanto ventrique gulæque) *Ita mſ. omnes, & vett edd. malè nuper editi,* tanto tibi ventre gulâque.

Epigr. 21. Cùm peteret.) *Ita Palat. & Anglic. edd. nec non noſter quarti antea legebatur,* Dùm.

Ibid. Ingeſſit ſacris.) *Sic malui cum Palat, & Iun. & quarto, etſi tolerabilis quoque prior lectio,* Iniecit, *ſed ſcilicet plus eſt* Ingerere *focis quàm* inijcere: *imò aliud eſt.*

Epigr. 22. Quid nunc ſæva.) *Iunius ait legere quem;* non ſæva; *neque improbat ipſe, aut alij poſteriores: à quibus diſſentio. nam* ſævum *reſpicit habitum externum, qui terrori erat lepuſculo. & alioqui iterùm noſter Epigr.* 60.

Intres ampla licet torvi lepus ora leonis, &c.

potius heic malim: Quid nunc? ſæva, &c.

Epigr 24. Incomus illum Deciane.) *Scripſi literâ minuſculâ, ut fieret demonſtrandi, quemadmodum repræſentant mſ. & olim edd. in nuper natis exſtat* Illum, *ut videretur nomen viri.*

Epigr. 27. Quincunces, puto, poſt decem &c.) *Ferè heic ſubſtituerim,* puta. *nam ultimam eius plus ſemel corripit Auctor noſter, aliiq. haud heic tamen abit à vulgatis Palat. optimus: itaque etiam manum abſtineo.*

Epigr. 30. Cœpit quo paterat Clinicus &c.) *Haud aliter edd. aut Palat. quomodo etiam divinârat Lipſius: prius erat;* C. quod poterat Clinicus eſſe modo; *tanquam ſi* modò *adverbium eſſet. ineptè.*

Epigr. 31. Grata Pudens.) *Scripſi vocem ſecundam literâ grandi, quia nomen hominis, quod urget tum ſententia, tum Calderini Commentarius. anteà habebamus minore* pudens.

Epigr. 33. Non luget) *Ita mſ. & edd. priſca, mu- ſtea:* Non dolet hic. *cui bono?*

Epigr 34. Raraque Summœni Fornice.) *Defendit hanc ſcripturam & Palat. & Anglic. cod. item vett. edd. pueriliter, imò infra puerilitatem recentiſſimè publicati,* Raraque ſi memini fornice; *quod etiam reiecerat doctiſſimus Iunius.*

Ibid. Vel ab Helide) *Sic mſ. niſi quod Palat. ille melior,* vel ab Iade. *Vulgati quidam,* vel Laide; *minus probè. nam tangit proſtibula ſui ſeculi.*

Ibid. A ſpurcas & monumenta l.) *Idē ex mſ. deprom-*

ferat ceu magis rectum Iunius : neque secus Palat. noster. alij : hæc monumenta.

Epigr.35. Nec quos prælegat.) *Vulgaris lectio* per legat ; *sed friget illa præ nostrâ quam subiecit Palat.* prælectionis *etiam mentio lib.8. Epigr.3.*

Ibid. Permittit meretricibus) *Haud omninò malè ms. quart.* meretriculis.

Ibid. Nec possunt nisi.) *Ita uterque Palat. & noster quart. vulgo est,* Ne possint; *non ineptè, nisi contradicerent libri veteres, quorum auctoritas vice legis.*

Epigr.39. Famaque novit anus.) *Exstabat istud in cod.Brit. placueratq; Iunio. ego recepi in contextum; quod etiam id servaret Palat.antea visebatur,* avos.

Ibid. Imitator honesti.) *Nihilo deterius Palat. & vetustior editio,* mirator.

Epigr.46. Fac si facis Ædile.) *Non consulto Mercurio aut Venere feci de feminâ virum (si modò cinædus vir) idque iussu vett. edd. & Palat. Nam* Ædilæ *nusquam praterea meminit Epigrammatarius noster: at* Ædilus *pro cinædo taxatur lib.4. Epig.52.*

Epigr.48. Velocior.) *Expressi quod erat in ms. & edd. primis : non* velocius, *aut* velociter, *ut habent postea vulgati.*

Ibid. Nec nihil à tantâ nobilitate). *Sic restitui, eiecto,* Cùm nihil à tantâ mobilitate , *quod nihili est, quamvis occupaverit plures edd. alterum disertè exstat in mss. nostris & vetustè impressis.*

Epigr.49. Liciniane.) *Malus* Liciniane,*quod servarent Palat. duo , Bong. & Brit. codex. idemque reposui etiam infrà Epigr.61. loco* Liciani, *requirente item versu.*

Epigr.50. Caluum.) *Eleganter. nec aliter Palat. ille pr. aut noster quartus: alius erat* Catum, *aut* Catum; *editio exsoleta* Cautum.

Ibid. Et fractis sacrum Vadaveronem montibus.) *Ita benè ms. Anglic. non ut hactenus vulgg.* et fractis sacrum Vada Veronem montibus.

Ibid. Boterdi nemus) *Sic Palat. quod sequi libuit ceu virgulam Mercurii in tantis tenebris. nam alij mss.* Botordi ; *vulgati,* Botrodi.

Ibid. Tepidi natabis lene Congedi vadum.) *Expressi Palat. nisi quod u literâ amplius,* Congendi. *editi-*

clim;

olim; Tepida natabis lene Congedi vada. *nuperè cusi*; Tepidum natabis lene Congedi vadum, *quod approbavit Cujacius, ut* lene *esset genus lintris. at* natare lene *an dici queat, adhuc quaero: certè vix heic feratur.*

Ibid. Vobisca prandenti.) *Sic Palat. noster. vulgg. ferè.* Voberta, *aut* Voberca: *quod ultimum etiam in mss. duobus. ceterùm placuit* prandenti *prae* prendenti, *tum quod occuparet omnes cod. mss. tum quod alterum ineptum esset: quicquid dicant iuvenes aliqui auris nimis acutae.*

Ibid. Rigens Dercenna.) *Sic duo Palat. non* Dircenna, *aut* Durenna, *quomodo legitur in alijs calamo scriptis.*

Ibid. Et Nutha.) *Sic Palat. non* Nemea, *aut* Nemeta, *quod exstat in edd.*

Ibid. Tuamque Lacetaniam.) *Nec heic ausus sum recedere à fide Palat. utique cùm sic quoque videretur fuisse à primâ manu in Palat. sec. idque haberet ab emendatrice dextrâ noster ms. quartus. vulgati* Laletaniam *servant; neque aliter supra Epigr. 26.*

Ibid. Vernas apros.) *Ita eleganter mss. nostrorum triga, & Bong ut & Nota Cald. non* vernos, *quod nuper natum est. nam alterum adhuc nidulatur in edd. memoriae ultimae. accederem quidē Lipsio coniectanti in Poliorcetico,* veros apros, *nisi rusticam instrueret vitam Poeta, non urbanam; apudq. eundem invenirem* lupos vernas *lib. 10. Epigr. 30.*

Ibid. Rumpens equo.) *Est à ms. quarto, antea erat,* rumpes.

Ibid. Lunata nusquam.) *Ridiculè hallucinatur qui heic refingit;* Lanata nusquam: *certè & singula & universa quibus id astruit ei cornua seriò obvertunt. nam pelles Sarmatarum, quae in delicijs seculi nostri, laneas esse, ne ipsis quidem persuaserit barbaris, ubi proveniunt.*

Ibid. Mercetur alius.) *Non insulsè Palat. noster, & Bong. & tert.* Mereatur alius; *nec valde abeunt aut quart. aut vett. edd. qui,* Mercatur.

Epigr. 53. Sic interpositus vitio contaminat uncto) *Est lectio Turnebiana. sed an etiam legitima? Palat. uterque & olim cusi,* Sic interposito vilis contaminat unco; *nec aliter à secundâ manu quart. Tacet heic Calderinus, tacent alij: cur ego loquar qui non scribo Commentaria?*

Satis sit status movisse controversiam lectioni iam receptæ.

Ibid. Effundit pica.) *Cùm restet in Brit. & mss. meis tribus*, offendit, *placeret potius*, offundit, *quod non illepidè opponatur illi* fervet.

Epigr. 55. Sordidaque &c.) *Aut aliquid vitij inhæret versui isti, aut praecedenti; vel non satis assequor mentem Auctoris.*

Ibid. Cui licet exuvijs nemoris rurisque beato,) *Ita restitui ex Palat. idque melius, meo animo, quàm quod vulgatur hactenus*, exigui nemoris rurisque beati, *quàm benè enim adnectatur sequentibus, nondum perspicio.*

Epigr. 56. Vendere copo.) *Sic semper Palat. optimus, quod semel moneo, ut ad hanc faciem etiam alijs locis emendetur, quæ me forsan fugerunt:* copo, *inquam, scribendum non* caupo.

Epig. 66. Tales adeò.) *Ita reponendum arbitrabatur Melissus noster. postulante lege versus. vulgatur passim,* tales ab eo. *præferebat Palat. unitâ voce,* abeo. *locum habeo pro vitiato.*

Ibid. Et petit famam.) *Sic apertè noster Palat. nam retrò editi, gemente versu,* & quærit famam. *quart. habet ad oram,* & cupit famam.

Epigr. 68. Nævia numen.) *Malim ferè* lumen, *quod est in Palat. & tert. ac quart. item Brit. cod.*

Epigr. 70. Miri radiata colossi.) *Ms. Palat.* miro. *quod amplecterer ceu substantivum, idemque significans quod*, sui miraculo, *si adstipularetur alius præterea calamo exaratus liber.*

Ibid. Hanc pete: ne metuas) *Ita Palat. & edd. vett. vulgati pridem,* Hac pete. *ego præterea mallē,* neu metuas.

Epigr. 71. Nævia sex cyathis.) *Palat. & Bong. ms.* Lævia. *postremus præterea exhibet,* qualathis, *nec dubitem rescribere* calathis. *eiecto illo* cyathis, *de quâ re dicam alio loco.*

Epigr. 76. Pierios differ.) *Sic vett. edd. sic ms. omnes: recenter editi,* differt. *vitiosè.*

Ibid. Lyrasque Dearum.) *Ita Palat. & noster quart. alij* Deorum.

Ibid. Sed perinane sophos.) *Persuasit mihi codex Bong. & Mod. antea erat à pessimâ manu,* semper inane. *quartus meus prius habuerat,* semper in ore.

Ibid.

Ibid. Quid cum Permessidos unda.) *Mallem*, Permesside nuda, *fide ms. Palat. si modò alter adhuc liber scriptus accurreret veluti subsidio. Bong. servat*, Permesside lymphâ.

*Epigr.*78. Inque suos vultus.) *Admisi lectionem exemplaris Palat. & quart. eiecto illo*, Inque ipsos, *quod similis vox statim sequeretur versu altero.*

Ibid. Nobiliore rogo.) *Sic etiam omnes ms. non ut est in cod. Brit.* nobil. viâ. *quod tamen praetulerim: tum quod haud putarim vivum rogo combustum, tum quod minimum abeant ab illâ lectione Bong. membranae, in quibus*, vita.

Epigr. 84. Filios: & invenit Quo possit istud more. fututi anc.) *Ita distinxi suasu sententiae, intricatius enim visum quod publicabatur* filios, & invenit. Quo possit istud more? fututi, *&c.*

Epig 88. Non Pario.) *Hoc malui cum geminis ms. meis & cod. Anglic quàm quod vulgabatur*, Phario. *quamvis haud ignorem usum marmoris Ægyptiaci frequentem.*

Ibid. Roscida.) *Ita Palat. & Brit. alij*, humida.

Ibid. Vivet.) *Expressi lectionem codd. Palat. & quart. alij*, vivit.

*Epigr.*89. Adeone penitus.) *Palat.* penitet; *ut suspicer fuisse*, penitè.

*Epigr.*90. Omne sed officium.) *Sic Calderini Commentarij, & noster quart. placuitque prae altero*, Omnis & officium, *quod remanet in plerisque exemplaribus.*

*Epigr.*92. Et scripta lacerna.) *Produxi scripturam cod. Palat. est in vulgatis*, & trita lacerna.

Ibid. (Neque enim est culus qui non cacat olim) Sed fodiam digito, *&c.*] *Retraxi lectionem fugitivam codd. antiqq. ut & Palat. nostri. nam recentiores:*

Non culum digito, neque enim est qui nõ cacat olim
Culus, sed fodiam qui superest oculum.

cuius scriptura languorem quis ferat?

*Epigr.*93. Gaudet abisse.) *Habuerunt istud duo Palat. hactenus vulgati*, adisse; *non melius sanè, si non peius.*

*Epigr.*96. Nativa laudet.) *Ita Palat. & quart. pendetque sententia à verbo* licet *quod sequitur. vulgatorum* laudat *nescio quid sibi velit.*

Ibid. Nihil sursum.) *Cod. Bong.* susum, *formâ priscâ.*

Epigr. 97. Loqueris tu Nævole tantum.) *Habent vulgati*, Nævole ſemper : *alterum reſtat in Palat. duobus, in quarto. in Anglic.*

Epigr. 99. Optemus tibi.) *Recentiores* Optamus. *quod edidimus viſitur in vett. edd. in Palat. & quarto.*

Epigr. 101. Primos viridis Demetrius.) *Ita quart. benè. nam ſi retinuerimus quod occupat exemplaria vulgata* virides, *concurrent duo epitheta.*

Epigr. 103. Nondum Scævola iuſtus eques.) *Ita egregiè noſter Palat. ineptè alij editi*, Scævola factus eques. *alluſit emendationi codex quart. in quo*, viſus eques. iuſtus *enim &* viſus *ſedem ſæpè alterius occupant in libris membranaceis. adeantur Modij Novantiqua.*

Epigr. 106. Negavit.) *Sic planè vett. edd. & Palat. non* negabit, *quod vel reſpuit mens Auctoris.*

Epigr. 107. Luci cariſſime.) *Editio Iunij*, clariſſime. *alterum ſe tuetur auctoritate omnium mſ.*

Ibid. Per ſecula curas.) *Apage illud* chartas, *quo nobis os oblinere nituntur nonnulli. etſi enim mentio iterum* chartarum *noſtro libr.* 3. *Epigr.* 20. *at centies etiam occurret* curarum.

Epigr. 108. Vnum ſi præſto togatum.) *Nemo neget hoc modo legendum, non* ſit præſto, *quod errore typographi irrepſit in editionem Iunianam ; ſed fideliter tamen repræſentatum à ſequentibus.*

Epigr. 109. Deponi monet & rogat lavari.) *Dedi, ſcripturam antiqq. edd. & mſ. tertij ac quarti, editus à Iunio liber oggerit ſine ullâ gratiâ* ; Deponi rogat & monet levari. *quippè* lavari *heic ponitur ſignificatione rariori, quam promſi toto velut flumine in Suſpicionum libellis.*

Epigr. 114. Prata tenet.) *Sic legendum nam quod viſitur in editione Iunianâ* tenent, *eſt ſphalma typographi, neque debebant ſequi poſteriores; quod tamen factum: adeò genus id hominum oves æmulatur, quarum unâ ſe præcipitante in flumen, ceteræ ſtatim ſequuntur.*

Ibid. Pater ire ſub umbras) *Ita diſertè optimus Palat hoc eſt, ferens nomen patris filiâ adhuc ſuperſtite. non abit nimium cod. Anglic. in quo*, Pater iret ut umbras. *hactenus editur*, Patrem iſſe ſub umbras; *cui quidem ſuus ſenſus, ſed obtuſior, neque ita accommodatus moribus Romanis.*

Ibid.

Ibid. Vivat.) *Haud aliter editio Calderini, haud aliter biga Palatinorum, liberque Bong. & cui non sapiat præ illo* vivit, *quod hodie obsedit exemplaria? imprecatur enim vitam longam, ut agrum colens subinde impingat in ossa filia.*

Epigr. 115. Suspendia sæva cogitabas.) *Sic quoque retrò cusi, invenustè ab aliquot annis excusi*, cogitabis.

Ibid. Procille vives) *Hoc omnino requirit sententia Poëtæ. nec aliter mſ. aut edd. priscæ. posteriores tamen,* vivis.

Epig. 116. Sacravit honori.) *Ita meliùs Palat. & quart. quàm, ut passim editur*, honore.

Epigr. 117. Nec roges.) *Aliquanto virilius istud, quod custodiebant mſ. nostri & edd. casce, quàm vulgatum* ne roges.

IANI GRVTERI
IN
EPIGRAMMATVM LIB. II NOTÆ.

Præfat. Porro daturus.) *Obsecutus sum Palat. quod id videretur rotundius quàm* dicturus, *quod hactenus omnes occupat editiones.*

Ibid. Et in togâ saltanti inducere personam.) *Est hæc lectio ab editione Calderini, à quâ licet ipse abeat interpretatione, at ipsam tuetur omnibus modis noster tert. neque tergiversatur Palat. nisi quod pro* in, *habeat duabus literis amplius* dein. *vulgo erat* , & togam saltanti inducere personæ. *quod amet qui vult: ego non digner adspectu.*

Ibid. Denique videris.) *Sic venustè noster Palat. & quart. editur passim*, videas. *rusticè.*

Epigr. 1. Perlegeret ve liber.) *Ita Palat. noster, non* perlegeretque, *quomodo restat in vulgg.*

Ibid. Hei mihi.) *Cùm illud,* mihi, *absit Palat. non temerè quis suspicetur repetendum*, Hei hei, *vel rescribendum*, Eheu.

Epigr. 2. Ad Germanicum Cæsarem.) *Lemma istud est à libro nostro quarto. & quei non arbitrer antiquum?*

Ibid. Ex Cattis.) *Ita ferè Palat. & quart. nempe* Cathis. *& benè interpretatur Calderinus, cuius editio idem servat non quod invasit posteriore seculo,* Dacis. *accedit quoque nostra sententia mſ. Anglic. & Bong. qui referunt,* Carthis. *videatur Lipsius lib.* 1. *Epistol. Quæst.* 5. Dacis, *quod Iunio placet, planè vim facit menti Auctoris, qua Rhenum domitū vult, qui longius utique abest à Dacis.*

Epigr. 5. Cùm sis quoque, sæpè negaris.) *Ita malui distinguere, quā quomodo recenti.* cùm sis quoque sæpè, negaris. *quantū interſit, sentiūt cui aures nō omninò flaccidæ.*

Epigr. 6. Et longas.) *Mſ. quart.* Quid longas. *quod placuit Modio. Adeantur eius Novantiquæ.*

Ibid. Rapta exscribere.) *Sic noster Palat. alij* Rapta scribere. *Colinæi editio,* Raptim scribere.

Ibid. Interiungere quæris.) *Hoc pacto legendum, non modò fide Palat. nostri & aliorum, sed quia* Iter iungere *quod hæret in vulgg. nunquam dixerit Martialis, ne prima sedes sortiretur Iambum.*

Epigr. 8. Quasi nos manifesta negemus.) *Ita scripsi, fisus auctoritate mſ. duorum, & edd. vett. Iunius ceteriq́; publicarunt;* quæ si manifesta negamus; *nullo lepore, nulla Venere, imò nullo sensu. idem tamen non incommodè mutari posset in hanc formam:* quasi si manifesta negamus.

Epigr. 9. Quod scripsi legerat.) *Est à Palat. & mſ. quart. longèque intellectu proclivius, quàm illud,* legerit, *quod hodie regnat in libris.*

Epigr. 10. Basia dimidio quòd das.) *Ita mſ. & edd. vett. non æquè rectè recenti.* quæ das.

Epigr. 11. Porticum terit feram.) *Sic ferè mſ nostri, additque quartus, esse hypallagen. vulgo erat,* ferus.

Ibid. Caussa quæ est? domi cœnat.) *Minus sinceré antea legebatur in Iunianis, & qui eum secuti sunt,* causa, quòd domi cœnat. *nostra propugnatur maiestate eodd mſ. & edd. vett quamvis planè probam neget Modius.*

Epigr. 14. Nam thermis iterum cunctis iterumque lavatur.) *Accederet modò alter adhuc liber, revocarem scripturam Palat. & quart.*

Nā thermis iterumque iterumque iterumque lavatur; *quod nescio quomodo exprimit & frequentem illam lotionem,*

nem, & circà eam Selij anxietates.

Epigr. 16. Sindone tinctus olenti.) *An tingi potest lectus sindone? malim* cultus, *aut* cinctus.

Epigr. 17. Non tondet, inquam. quid ergo facit?) *Versus claudicat, an fuit?* Non tondet, inquã. non? quid ergo? quid? radit: *ut bis interloquatur Amanus. Melius simplicissimũ videbatur mutato* inquam *in* inquis *legere:*

Non tondet? inquis. ergo quid facit? radit.

Epigr. 24. Mecum eris ergo miser.) *Sic cod Brit. & Palat. nam quod vulgatur,* Mecum ergo miser es, *reijcitur à sequentibus.*

Epigr. 26. Inque tuos) *Placuit hoc cum Brit. mſ. & Palat. non,* suos. *quia maius certiusque indicium istud quàm alterum.*

Epigr. 27. Effectè.) *Sic noster Palat. editioque ex-oletior. Iunius edidit,* Effete. *conijcitque,* Affectè. *non opus erat.*

Ibid. Nequiter.) *Miror cur ista sollicitetur lectio, magisque miror supponi* naviter; *quod heic magis locum habere non potest, quàm medio mari fax accensa.*

Ibid. Euge beatè: Hoc volui, *&c.*) *Si liceret, interpunxerim:*

—— euge! beate!
Hoc volui! facta est iam tibi cœna: tace.

ut Hoc volui *sit adhuc vox laudantis.*

Epigr. 29. Non hesterna sedet, *&c.*) *Reposui scripturam cod. Anglic, & Palat. nec non edd. vett. aliter tamen eam expono, quàm Batavorum ille doctissimus Iunius. tamquam scilicet quotidie processerit, cum ligulà recenti, nec unquam bis eandem sumserit. vulgg.* Non extrema.

Ibid. Pingit aluta pedem) *Iunij editio, & sequentes* cingit; *sed alterum est à membranis Palat. & vetustè cusis. Qui heic negationem tollunt, & nescio quã moliuntur emendationem, sub specie medicinæ, moliuntur carnificinam.*

Epigr. 30. Fiduſque.) *Et hæc est lectio Palat ac vett. edd. nam recentissima,* felixque, *minus appositè; cùm agat de opibus versu sequenti. sicque alioqui iterum locutus infrà Epigr. 43.*

Epigr. 32. Cum Licino est.) *Addidi substantivum, quòd id oggererent mſ. tametsi respuerant vulgg.*

Epigr. 33. Basiat, ô Philæni &c.) *Sic mſ. Palat. & editio Colin.*

tio Colin. in Calder. nusquam aut ô *visitur, aut* hic, *quod præferunt vulgati.*

Epigr. 36. Flectere te nolim.) *Omnino ita legendum, clamante & Palat. nostro, &, quod plus est, sententiâ. hactenus tolerabatur,* Pectere, *quo quid esse poterat incomtius? quare & in id invectus Gultelmius.*

Ibid. Nunc sunt crura) *Ita Bong. ita Palat. & quart. erat in vulgg.* Nunc tibi crura.

Epigr. 37. Non vocavi) *Ita Palat. uterque & a secundâ manu quartus. in hunc usque diem inepta regnavit lectio,* vocabo, *quam tamen diu est quod ad corvos ire iusserat noster Dousa. sed non etiam ivit bestia illa. ductam oportuit.*

Epigr. 40. Novi hominis fraudes.) *Sic Palat. & tert. & quart, habebant vulgg.* mores. *non malè, nisi latum unguem recedere religio à membranis seculi prisci.*

Epigr. 41. Manumve Crispus.) *Ita Palat. & verò etiam Brit. codex,* Crispus. *vulgati* Manumque Priscus.

Epigr. 43. Κοινὰ φίλων, hæc sunt, hæc sunt tua, Candide, κοινά.) *Restitutio lectionis argutissima debetur Palat. nostro, neque abludit nimium ms. Angilc. in quo fuerat,*

Κοινὰ φίλων, hæc sunt tua semper Candide κοινά.
vulgata putida est,

Candide κοινὰ φίλων hæc sunt tua Candide πάντα.
putidior etiam videbitur, si nostram istam novellam distichi fine animaverimus notâ interrogatoriâ.

Ibid. Furias & cornua tauri.) *Ità quidem edd. postremæ: at antiquiores,* furiosi cornua tauri. *Palat. habet,* furia & cornua. *ut suspicari quis posset fuisse,* furiati cornua tauri. *id est, qui coactus furere, ut solet in circo. nihil tamen muto. nam & sic quoque Virgil.* pateris libamus & auro.

Ibid. Agenoreas.) *Ità Palat. & vett. edd. Iunij enim,* Agenoridæ.

Ibid Et dicis, &c.) *Meo animo maior suberit amarulentia, si postrema insignirentur notâ interrogationis.*

Epigr. 44. Tris.) *Ita Palat. non* tres. *quod levissimo videretur levius, nisi super eâdem voce disputatum olim à Grammaticis.*

Ibid. Vt puto, quatuorve.) *Malim ut* puta, *proximè manuscriptum Palat. qui,* vel puta. *sed neq; sic tamen*

men lectioni sua est integritas. maius subest ulcus, quod sanare non meum.

Epigr. 45. Suppositis perlucent præla lucernis.) *Ita optimi mſ. editio ultima*; appositus perlucent præla lucernis; *cui non lucernâ tantum heic opus, adeo cæcutit, sed sole toto. nec benè etiam Gulielmius reductum voluit*, prata. *manavit enim lectio illa à malè feriatis; qui eam apposuerant voci*, racemis: *sic sanè ora mſ. quarti.*

Ibid. Tua candida.) *Ita & Bong. & Palat*, non, tua vellera; *quod heic odiosum est, neque agnoscit noster quartus, in quo*, tua candide, *verùm de isto monuit etiam quondam Gulielmius meus, itaque consulatur.*

Ibid. Frigora trita.) *Quicquid alij dicant, retineo istam lectionem fulmixam trium mſ. velut columnis, sperneque & tuto Lipsii, & tuta quod visitur in vulgg. videtur enim vocare* frigora trita, *qua ei nata ob vestes tritas. sæpe mentio Poetæ* togæ tritæ, lacernæ tritæ, &c.

Ibid. Quid renuis? non te &c.) *Sic quoque Palat. & ora mſ. quarti, quomodo volebat Lipsius, alijque.*

Epig. 48. Et grandem &c.) *Versum istum præposui sequenti, invitis omnibus editionibus heri natis, volentibus tamen cusis vetustè, & mſ. nostris quatuor, & sententiâ Poetæ.*

Epigr. 52. Novit loturas) *Ita rectè & Palat. uterque, & duo mſ. mei. neque secus Brit. codex quem consuluit Iunius. ipse edidit* licturas; *quo quid voluerit, non facilè divinaverim, alterum & agnoscit, quoque & explicat Calderinus.*

Ibid. Mammosam Spatalen pro tribus, illa dedit.) *Ita distinxi. editi recenter*; Mammosam Spatalen, pro tribus illa dedit, *obscurè & ineptè. vult enim peposcisse triplicem mercedem & accepisse. Interim duplex intellectus vocis* dedit. *ambigaturque an nummos dederit, an potius ipsam se.*

Epigr. 57. Oppigneravit ad Claudij modò mensam.) *Sic mſ. quart. nam Palat. repetito bis*, modò,
Oppigneravit modò modò ad gladi mensam.
vulgg. Oppigneravit ad modò Claudi mensam.
item: Oppigneravit admodum Claudi mensam.

Epigr. 61. Quod tibi cunque datum est.) *Sic vett.*

edd & Palat. & Bong. & quart. nam à Iunio publicatus, & seqq. datur.

Ibid. Purior illa fuit.) *Ms. quart. loco harum vocum habet:* fecerat illa minus.

Epigr. 64. Transijt & Nestoris.) *Ita Palat. nisi quod non duplicaverit* ij. *vulgo erat;* transit vel Nestoris *perperàm.*

Ibid. Quò te sperabimus.) *Ita reposui fretus bonitate & Palat. & Bong. & Anglic. cod. vulgò* spectabimus, *quod huc non spectat.*

Epigr. 65. Saleianum.) *Sic scripsi iubente Palat. vulgatur nunc* Saletanum, *nunc* Soleranum.

Epigr. 66. Ista Phlegusa.) *Est item lectio Palat. & Bong. & quart. erat vulgo,* Plecusa.

Epigr. 70. Primus te.) *Alij,* Te primus: *sed alterum restabat in Palat. pr. & nostro quart.*

Epigr. 72. Os tibi percisum.) *Vulgabatur prius* præcisum. *sed quod posui sustentatur & Palat. & Brit.*

Epigr. 73. Lyris? quod sobria) *Ms. amici mei Iohannis Vlrici I.C. & Poëta elegantis habet,* quid sobria; *videtur distinguendum:*

Quid faciat vult scire Lyris. quid? sobria *&c.*

Epigr. 74. Regulus solet turbâ.) *Editur in Iuniano,* sola; *sed vitio typographi. quod libuit indicare, quia heic idem peccarunt impressiones sequentes, gemente lege Pedâ.*

Epigr. 81. Sandapila est.) *Sic Palat. sic Brit. sic alij ms. vocula* est *deest vulgatis. malè, uti etiam placuerat Iunio.*

Epigr. 82. Quid fingis Pontice.) *Ita Iunij editio, neque aliter à manu correctrice quart. at edd. prima,* fugias quid Pontice; *quomodo & initio quart. & tert. verùm Palat. ille optimus,* quod fugis Pontice; *an fuit* figis? *ita hercle compares in libro vetere Ioh. Vlrici. diceretur autem versus causâ pro* cruci figis.

Epigr. 83. Et se qui fuerant.) *Malè edd. pleraque:* Et si qui fuerant. *haud ullo sensu idoneo.*

Epigr. 87. Sexte natantis) *Ita Palat. noster. & verò illud,* Sexte, *haret item in Bong. in Anglic. in tert. alijsque. sed ijdem voce sequente servant* cacantis; *meo iudicio malè. nam qua forma sit hominis cacantis sub aquâ, nullus meminit scriptorum, neque alium esse putârim ab eâ*

qua ex-

quæ extra aquam, nisi quatenus omnia ampliora videntur sub aquâ.

Epigr. 92. Non debet domini perire.) *Sic vett. edd. & Palat. recentes* domino; *haud æquè eleganter.*

IANI GRVTERI
IN
EPIGRAMMATVM LIB.III.
NOTÆ.

Epigr. 1. Quæ meliora putas?) *Adieci interrogationem ex consilio Dousano, quòd non viderem alioqui quid argutaret Auctor.*

Epigr. 4. Cur absim quæret: breviter tu) *Sic meo animo benè editio Colin. aliæ:*

Cur absim, quæret breviter: tu multa fatere.

insipidè, quodque iampridem quoque stomachum moverat Modio.

Ibid. Si quando veniet, &c) *Ita quidem Iun. edd. sed vett. & msf. nostri:*

Quando venit? dicet. tu respondeto: Poëta.

Bong. membranæ:

Et quando veniet, dicens responde, &c.

media lectio optima videtur.

Epigr. 5. Hunc primi queres in limine tecti.) *Ita Palat. quod visum magis congruere, quàm quod possidet hactenus vulgg. edd.* Protinus hunc adeas, primique in limine tecti. *videtur tamen adhuc aliquid labi in voce* tecti. *cogitabam de* Tectæ, *ut subaudiretur,* viæ. *sed tunc* primi *illud in aliud quid mutandum, fortè* primo.

Ibid. Commendet.) *Ita ab correctrice dextrâ msf. noster quart. vulgati* commendat, *minus concinnè.*

Epigr. 17. Mensis scriblita secundis.) *Est à coniecturâ Calderini, cùm invenisset in vett. codd.* scribit ita. *placuit Merulæ,* intrita. *Anglic. membrana, item Bong. nec non Palat. pr. & quart. constanter habent,* inscriptas, *quod immisissem, eiecto altero, in possessionem suam, si venisset in mentem alicubi eius nominis legisse ferculum.*

*Epigr.*19. Scelerata latebat in ære.) *Ita feci hortatu Palat. cod. anteà legebatur* ore : *sed eo offendebar, quòd praecederet* ora, *atque ideò inculcaretur iterum parum dextrè.*

Ibid. Falsa quod ursa fuit.) *Est scriptura Palat. Anglic. Bong. & quart. nec planè malè: quasi praestitisset veram fuisse ursam: editiones proletariæ habent*, ausa quod ursa fuit; *quod vix feratur ob syllabam brevem, quam circa caesuram perpetuò vitat Auctor. Sed & Calderinus agnoscit illud* falsa.

*Epigr.*20. Titine thermis.) *Ita vett. edd. & mss. nostrûm tres. nam quartus*, Petine; *de quo quaerendum censet Modius, sed frustrà. Nam* Titi balnea *iterum occurrunt apud nostrum infra Epigr.*36. *posteriores cusi*, Stertitne thermis; *insicetè.*

*Epig.*21. Nauculatur.) *Morigerum me prabui fidei Palat. nostri & quarti. vulgò erat*, naviculatur; *minus benè syllabâ superfluente.*

*Epig.*22. Vt famem & sitim ferre.) *Egregia lectio, codicisque Palat. antea publicati*, ne famem & sitim ferres; *rus merum. utcunque adstipulatur altero noster quart. qui à primâ manu*, ut famen & sitim ferres.

*Epig.*24. Vite nocens rosâ.) *Ita mss. ita edd. vett. at recentes*, rosea; *quod ipsum quamvis liqueat erratum esse typographi, ita tamen altè egit radices, ut etiam deceperit Concinnatorem Indicis, qui nobis* vitem roseam *heic oggessit, nullius planè odoris.*

*Epigr.*25. Roga lavetur, Rhetorem.) *Libuit admittere hanc scripturam cod. Pulmanniani, item nostri quarti, cùm unâ tantum literâ divertat Palat. pr. fervet, inquam*, habetur *pro* lavetur. *est constructio figurata, nec infrequens classicis scriptoribus; ideoque exturbata à sciolis.*

*Epigr.*26. Hoc me puto velle negare.) *Locus vitiosus. Palat. noster habet*, puta. *quart.* hoc nec puto posse negare: *ex quo Modius fecerat*, negari. *non malè. sed adhuc aliud desidero, reposuerimq́; potius*, hoc nec puta velle negare: *nam ultimam eius vocis corripi a nostro, infrà prodam.*

*Epigr.*30. Vnde vir es Chiones?) *Interpunxi ut videtis, secutus & iudicium meum (quod exposui latius in Suspicioni-*

Suspicionibus) & Calderini editionem.pleraque alia: vnde? vir es Chiones? *quod non intelligo.*

*Epigr.*38. Caussas & Caius.) *Ita noster tert. & ora quart. vulgg.* & Civis. *quod veluti spurium arguit item Anglic. cod.in quo,* & Marcus.

*Epigr.*39. Faustine ministro) *Miror restare passim in edd.* magistro, *cùm ignoretur quid sit, habeantque alterum & mſ. omnes, & à Colinæo editus liber.*

*Epigr.*40. Quinquagen) *Sic mſ. quart. editi,* quinquaginta.

Ibid. Tu magnus quod) *Nuperi typographi invenerunt,* Tum magnus, *sed contra mſ. contra olim impressos.*

*Epigr.*42. Rugas uteri quod credere) *Non ausus fui elevare auctoritatem cod.Palat.itaque foras eieci quod antea comparebat in libris,* quod condeie. *Ceterùm illud,* labra linis, *rectè cepit Iunius, nòn rectè Caldermius.*

*Epigr.*44. Vis,quantum facias mali, videre?) *Valdè superfluum auribus meis verbum,* videre, *satis enim, meâ sententiâ, & satius fuerat,* Vis quantum facias mali?

*Epigr.*47. Phrygiumq; matris) *Sic vett.edd. & Palat. pr. ac quart. non,* Phrygiæque, *quod ostentant alij, haud malè quidem, nisi ea esset reverentia antiquitatis, ut nihil eius temerè despici deberet.*

Ibid. Vrbem petebat,&c.) *Est à Palat.pr.& quart. quippe edd.omnes perperam,* Romam petebat, *quod nihil nisi interpretamentum prioris. interim sciendum istbac efferenda interrogativè.*

*Epigr.*49. Vbi Massica) *Sic mſ.& vett.edd. nam post nata,* tu Massica: *recentissima verò,* tibi Massica: *quod vix ferant Grammatici.*

*Epigr.*50. Poëmata donas) *Ita triga mſ. vulgg.* dones. *malim ferè,* damnas.

*Epigr.*54. Galla rogantem:) *Non illepidè cod.quart.* Galla, roganti Multo,*&c.*

*Epigr.*55. Scis puto) *Haud paulò istud nasutius, quod præfert mſ. Palat. quàm vulgatum,* Sic puto.

*Epigr.*57. Callidus) *Iunij quidem editio facit istud Epigrammatis alterius initium: nec aliter etiam tert ac Palat. & edd. priscæ annectunt superiori.*

*Epigr.*58. Facilis hortus vrbanos) *Admovi manum isti loco, sed nescio an salutarem, reposui,* vrbanos, *in-*

dice mſ. Brit. quem iuvàbat meus Palat. in quo, facilis hormis urbanos. *illud* umbellas *quod conſpicitur in recentioribus edd. aut* umbras, *quod ſervant antiqui, quid ſibi velit non expuro. at* urbani *heic opponuntur* rusticis, *& quinam ij ſint ordine enumerat Poëta. quòd tamen vir ſummus putat pueros capillatos parere villico in ſubmittendo capillo; invitus ab eo diſſentio; cùm videatur dicere Auctor parere ipſi ubi opus aliquod eis imperat in horto quod faciant. exercuiſſe enim laboribus, colligamus ex verſu ſequenti; qui ne Eunuchos quidem excipit.*

Ibid. Domus longè) *Ita benè nihil enim in domo quin ibi transferretur, ideoque inde petendum eſſet*, longa *illud, & interpretatio Iunij coactior videtur.*

Epigr. 59. Nuncubi copo dabit?) *Ita mſ. Palat. & edd. vett.* dabis *nuper nati codd. ſed an rectè?*

Epigr. 60. Non iam venalis) *Sic Palat. & ed. Colon. & amplector præ altero,* non tam venalis, *quod ruſticum ſapit.*

Ibid. Sugitur inciſo) *Admodum verniliter. & ſic exſtat in mſ. tribus, nec aliter ferè edd. vett. nempe* ſuggitur, *at ſeqq.* ſumitur.

Epigr. 62. Non ſpatioſa ſupellex) *Poſcit hanc lectionem mens Auctoris, qua vult iſtum ſibi comparaſſe ea quæ cariora eſſent artificio quàm materiâ, ideoque non multum occuparent loci. edd. recentiores obtruſerunt nobis* non ſpecioſa, *haud annuentibus vett. & mſ.*

Ibid. Pluris mula) *Et quis dubitet de hac lectione cod. Brit. cùm ei adſentiatur Commentarius Calderini? quamvis habeat textus vitio Typographi,* pluris nulla, *quod poſtea degeneravit in* nulli.

Epigr. 63. Flexos qui digerit) *Iuniana ed. literâ minus,* flexo, *ſed detrimento Epigrammatis: habentque alterum illud & mſ. & edd. vett.*

Ibid. Brachia volſa modos) *Habet Palat. pr.* choros *loco* modos, *quem ſequerer, ſi & alij accederent libri ſuffragatores.*

Ibid. Res pertricoſa) *Ita mſ. & vett. edd. nam adoleſcentiores iſta,* petricoſa eſt, *quod pridem quoque ſugillavit Gallorum unio Turnebus.*

Epigr. 67. Nihilque noſtis) *Ita dicere ſolemus hominibus quibus parum procedit quæ agunt. divinant alij* poſtis,

postis, *alij* nostis: *sed nec ita loqui solet Poëta noster. ultimumque heic non convenit, quòd praecesserit* Cessatis, *non* Cessastis.

Ibid. Veterno Rasinâque pigriores) *Quos non hic locus exercent? at quis iam vocet in dubium lectionem quam posui? sic sanè habuit Palat. illa nota prima sunt scilicet duo nomina rivulorum quos navigabat Martialis, ut ipsemet non indicat modò sed vociferatur versu sequenti.*

Ibid. Tinguntis) *Ita quoque Palat. & Brit. & Bong. & quart. imò & ed. Cald. malè vulgò,* fingitis.

Epigr. 68. Quid dicat) *Sic edd. vett. & ms. recentiores tamen* dicas. *nullâ gratiâ.*

Ibid. Nunc studiosa legis) *Pridem orta edd.* leges. *non ineptè. sed alterum propugnatores habet omnem vetustatem codicum & manu scriptorum & impressorum.*

Epigr. 74. Facies levas) *Ita ferè Palat. nempe* lavas, *sed sine enclyticâ, quae etsi malè appareat in cod. nostro quart. habet tamen* levas. *faciem non lavari aut psilothro aut dropace, res ipsa clamat, itaque exturbavi per caput pedesq. illud pervulgatum* faciemque lavas.

Ibid. Quid facient ungues?) *Certissima item correctio, nisa & Palat. & quart. & ed. Cald. & ratione ipsa. hactenus editi;* Quid faciem tingis? *ineptè, ut etiam ante prodidit Modius.*

Epigr. 75. Puras opibus corrumpere) *Illud* opicus *quod alij substituunt nondum mihi placere potuit, nam videtur velle Poëta, magno pretio comparasse Lupercum qui eo, canum illud paterentur.*

Epigr. 77. Saprophagis?) *Noster cod. tert. & quart.* coprophagis? *nihilo deterius.*

Epigr. 81. Decipis: ore vir es.) *Mutavi interpunctionem vulgatam, quae erat;* decipis ore: vir es *quâ quid excogitari queat aut frigidum magis aut inficetum?*

Epigr. 82. Cubitisque trudit) *Ita Palat. sec. nec reclamat Anglic. nisi quòd & u* tundit. *vulgabatur antea;* Cubitis trudit, *aut,* Et cubitis trudit, *utrumque contra legem carminis.*

Ibid. Sciscitator urinae) *Ita edidit Iunius, restatque item in opt. Palat. at retrò editi & ms. alij,* Sucitator, *quod praebet qui velit, ego amplectar alterum.*

Ibid. Ipse retro) *Sic vett. edd. & ms. at Iunij editio,* ille. *Puderet talia movere, nisi religionem in emendando Martiale præstandam putarem, etiam in minimis.*

Ibid. Palæstritis) *Lipsius noster in Poliorceticis legisse videtur,* palæstritæ, *cui lectioni nullus suffragatur codex scriptus editusve, ideoque retinui lectionem omnium librorum. nam in delicijs magnatum fuisse palæstritas nemo negaverit.*

Ibid. Nec vindicari Rufe possumus? fellat.) *Ita libuit distinguere, quòd non viderem sensum commodum in interpunctione vulgatâ:* Nec vindicare Rufe possumus.f. *Quæ heic commentatur Calderinus, vix intelligo. illud meum,* vindicari, *exstat palam in Palat. & quart. Videtur autem sensus: non posse aliter vindicari malignitatem cōvivij illius, nisi fellationem obijciant convivatori. Ne quid tamen dissimulē, aliud heic puto latere ulcus, ac dicere Martialem: qui hæc patitur, nec se ullâ re vindicare potest, fellat, hoc est, tam turpe quid patitur atque qui cogitur fellare.*

Epigr. 84. Quid ergo? linguam) *Sic omnino legendum cum vett. edd. & Palat. nam quod produxēre recent.* lingam, *sensu est insenso.*

Epigr. 85. Salua fui) *Sic præter vulgg. ms. quart. at Palat.* tui, *quod ferri queat, si iste vel libertus vel amicus.*

Epigr. 91. Pro cervo) *Adhæsi scripturæ Palat. & Britanni codicis. vulgati tamen uno ore,* pro puero.

Epigr. 92. Sed unum. Huic ego, *&c.*) *Ita distinxi cùm prius esset,* sed unum Huic ego, non oculos enio G. duos. *quod ut interpretatur Calderinus non placet. latet acumen, etsi frigidum satis, in vocibus* unum *&* duo.

Epigr. 93. Vetustilla) *Ita. Palat. non* Vetustina, *ut erat in vulgg.*

Ibid. Crus colorque formicæ) *Correctio huius loci debita codd. Palat. Bong. Brit. & quart. vulgò legunt,* cruſculumque formicæ, *quod nihili est.*

Ibid. Vropygium) *Palat.* ortopygium, *nec recedit longè Bong. qui,* hortopygium. *quartus primò habuit* vrthopygium, *sed mutatum postea in* orthopygium.

Ibid. Audes) *Vulgò* Gaudes. *sed alterum est à libris.*

Ibid. Nupturire) *Admisi scripturam codicis Brit. quod enim occupat editiones,* nuptum ire, *efficit versui, atque auribus; imò & oculis.*

Ibid.

Ibid. Sternatur à Coride tricl.) *Ita edd. antiquata, recentes iunctim:* Acoride.

Ibid. Tuum decet solus) *Miror iuvenes istos qui ab aliquot annis more canum venaticorum malè affecta membra auctorum investigant, toties percurrisse Martialem, nec offendisse ad ipsa cubilia tot locorum impuratorum, quæ vel odore cuivis se proderent. sanè illud,* tuum dicet solus, *quod hodie editt. omnes inquinat, mutandum erat in* decet *vel versus caussâ. nec aliter noster Palat.*

Epigr.95. Quod prior & corvus) *Passus sum mihi persuadere oras edd.vett. præsertim cùm non contradicerent aut Palat, aut Bong. membranæ, iugulavique illud,* & Curius, *quod est in vulgatis. ignoro enim* Curium *istum. at* corvos salutatores *notissimos habeo ex Plinio, ex Plutarcho, ex Dione, ex aliis.*

Ibid. Exspectes) *Et hoc est à Palat. & quart. vulgò* exspectas, *aliàque distinctione.*

Ibid. Iam jam tu prior) *Sic vett. edd. & omnes msc novitiæ,* Iam jam sic prior, *&c.*

IANI GRVTERI
IN
EPIGRAMMATVM LIB. IV.
NOTÆ.

EPigr.1. Tritonida multus in auro) *Vervecees meros, qui heic nobis obtruserant* cultus. *alterum reduxi, ex Palat. & Anglic.*

Ibid. Sacra Terentus) *Conferant inter se capita & Grammatici & Geographi, sciantque membranaceos nostros codd. & hoc loco, & lib. 1. Epigr. 69. ut & lib. 10. Epigr. 63. repræsentare constanter* Tarentum, *non* Terentum.

Epigr. 2. Frigore ridet aquas.) *Durum mihi satis* ridere aquas, *pro contemnere aut discutere, durum, sed non dissimiliter infrà Epigr. 19.* Ridebis ventos, *&c. alioqui veniebat in mentem,* reicit aquas. *quod & aliis quoque postea animum subiit.*

Epigr. 4. Lassi bardiacus quod euocati) *Secutus sum quò aurigabatur editio omnis prisca: neque aliam aurem inducit Palat. noster, nisi quod u* vardaicus *quare exsibilaverim Merulæ* , bardiaci os, *etiamsi id propugnet maximus ille Turnebus: sed nec arridet Iunij* , Lazi , *nam vestes sudore ebrias pessimè fœtere necesse est , maximè pinguiores, quales* b rdiacus *sive est* bardaicus. Evocatus *ergo vel nomen est proprium, vel miles evocatus.*

Epigr. 5. Circum p. llatia) *Sic noster quartus. reliqui*, circa pall. *quod aures utcunque radit.*

Epigr. 10. Instructus : comitetur Punica librum Spongia) *Ita vett. edd. & quotquot evolvi manuscriptos. Iunij tamen editio, & traduces eiusdem*; instructum comitetur pumice librum Spongia. *acute. sed tamen*

Non cuicunque datum est habere nasum.

Plane Spongias Africanas *laudat Plinius lib. nono cap. quadragesimoquinto.*

Epigr. 11. Te miser esse pudet) *Transpositio verborum petita est à mss. & vett edd. novitia*, te pudet esse miser. *paulò durius.*

Ibid. An tibi promisit) *Nisi inverecundus videretur, dicerem suspicari me legendum* promisset , *pro* promisisset. *sed impudens sim si mussem.*

Epigr. 14. Astus Annibalis) *Sic quart. & Palat. nimium quàm propriè malè antea* Fastus, *nam doli peculiares quasi & hereditarij Hannibalis ac Pœnorum.*

Ibid. Et ludit popa nequiore talo.) *Sic habet oraculum Palat. nostri*, rota, *quod loco*, popa, *vivit in omnibus excusis, quid sibi velit quid non, adhuc quaro qui me doceat. at altera lectio hoc vult, quòd tunc vel popis liceat lusui indulgere talorum.*

Epigr. 15. Hesterna luce roganti) *Non video quare heic* nocte *substituerint alij, cùm alterum habitet in mss. omnibus; nisi tenebriones isti literarij Auctori suum sibi invidebant lucem.*

Ibid. Paucaque) *Non placet epitheton. nihil tamen variant mss.*

Ibid. Stultus es an stultum) *Mallem*, Stultus es, aut stultum *&c.*

Epigr. 18. Recisa tecta) *Sic mss. nostri. nam editi*, templa, *quàm benè, ipsi viderint.*

Epigr. 21.

Epigr. 21. Dum negat hoc) *Ita mſ. & cuſi avonum avo. a prælo recentiores*, hæc *parum refert hoc illove modo legamus, dicent forte ſtudijs iſtis iniquiores. verum eſt. ſed ego ſcio minimam etiam labeculam eſſe inquinandæ deprettandaque gemmæ.*

Epigr. 25. Cyllarus hauſit) *Eſt a mſ. & edd. exoletioribus. nova ſatu nove*, haurit. *quod falſum eſt.*

Epig. 28. Et centum Dominos) *In ius ſuum & poſſeſſionem reſtitui quod Iunius ſolum editionis ſuæ margini adleverat. indignum enim videbatur tecto non recipi, quæ ingenuitatem ſuam probaret non modò teſtimonio cod. Anglic. ſed & Palat. ſed & Commentarijs Calderini. vulgati abſurde:* Et centum numeros.

Epigr. 29. Commendat faſtus amicam) *Scripſi vocem mediam literâ minore. nam in cuſis avo poſteriore* Faſtus *eſt nomen viri: quóque magis maneret, ſignificarunt alij reſtare in mſ. exemplari* Fauſtus. *prorſus male. nam* faſtus *heic illa meretricum ars quâ faſtidire ſingunt amatores ſuos, quò acriùs incendant.*

Epigr. 30. Libys improbus) *Debeo iſtud cod. quart. quod ad oram habebat, ceu lectionem variantem, videbaturque profectò aptius quàm quod hodie occupat libros,* Libys impius. *etſi tamen hoc pedibus non temere traxerim in rem malam.*

Ibid. Venerare delicatos) *Ita libuit reſtituere Auctori, urgente non tantùm Palat. ſed & Brit. & quart. antea legebatur*, dedicatos; *quod quâ ratione tuear non facile invenio. at* delicati pueri, puellæque delicatæ, *qui fuerint, ſcient omnes, quibus libuerit conſulere Inſcriptionum noſtrarum paginas* DCLXI *&* DCLXII.

Epigr. 39. Vera Glaniana) *Noſter tert. & quart. ut & Palat. pr. ſervant*, vera Grantiana; *quod non excludere, ſi ſcirem quid ſibi vellet. interim libet defendere illud* vera, *contra recondita eruditionis condum promum Petrum Pithœum, qui id mutare cupijt in* Bera: *cùm & noſter lib.* 9. *Epigr.* 60. *Item lib.* 10. *Epigr.* 78. Sardonychas veros *oppoſuerit adulterinis.*

Epigr. 42. Sæpe & nolentem) *Ita Palat. & vett. edd. recentiores enim*, Sæpeque nolentem: *non male, niſi ſtandum eſſet antiquitati, & moram aliquam requireret Auctoris mens.*

Epigr. 43.

Epigr. 4. Lassi bardiacus quod euocati) *Secutus sum quò aurigabatur editio omnis prisca: neque aliam auram induxit Palat. noster, nisi quod is* vardaicus *quare exsibilaverim Merulæ*, bardiaci os, *etiamsi id propugnet maximus ille Turnebus: sed nec arridet Iunij*, Lazi, *nam vestes sudore ebrias pessimè fœtere necesse est, maximè pinguiores, quales* bardiacus *sive est* bardaicus. Evocatus *ergo vel nomen est proprium, vel miles evocatus.*

Epigr. 5. Circum palatia) *Sic noster quartus. reliqui*, circa pall. *quod aures utcunque radit.*

Epigr. 10. Instructus : comitetur Punica librum Spongia) *Ita vett. edd. & quotquot evolvi manuscriptos. Iunij tamen editio, & traduces eiusdem*; instructum comitetur pumice librum Spongia. *acute, sed tamen*

Non cuicum que datum est habere nasum.

Plane Spongias Africanas laudat Plinius lib. nono cap. quadragesimoquinto.

Epigr. 11. Te miser esse pudet) *Transpositio verborum petita est à mss. & vett edd. novitia*, te pudet esse miser. *paulò durius.*

Ibid. An tibi promisit) *Nisi inverecundus videretur, dicerem suspicari me legendum* promissct, *pro* promisisset. *sed impudens sim si mussem.*

Epigr. 14. Astus Annibalis) *Sic quart. & Palat. nimirum quàm propriè malè antea* Fastus, *nam doli peculiares quasi & hereditarij Hannibalis ac Pœnorum.*

Ibid. Et ludit popa nequiore talo.) *Sic habet oraculum Palat. nostri*, rota, *quod loco*, popa, *vivit in omnibus excusis, quid sibi velit quid non, adhuc quæro qui me doceat. at altera lectio hoc vult, quòd tunc vel popis liceat lusui indulgere talorum.*

Epigr. 15. Hesterna luce roganti) *Non video quare heic* nocte *substituerint alij, cùm alterum habutet in mss. omnibus; nisi tenebriones isti literarij Auctori suam sibi invidebant lucem.*

Ibid. Paucaque) *Non placet epitheton. nihil tamen variant mss.*

Ibid. Stultus es an stultum) *Mallem*, Stultus es, aut stultum *&c.*

Epigr. 18. Roscida tecta) *Sic mss. nostri. nam editi*, templa, *quàm benè, ipsi viderint.*

Epigr. 21.

Epigr. 21. Dum negat hoc) *Ita mſ. & cuſi avorum avo. a prælo recentiores*, hæc *parum refert hoc illove modo legamus, dicent forte ſtudijs iſtu inquiores. verum eſt. ſed ego ſcio minimam etiam labeculam eſſe inquinandæ depretiandæque gemmæ.*

Epigr. 25. Cyllarus hauſit) *Eſt a mſ. & edd. exoletioribus. nova ſatu nove*, haurit. *quod falſum eſt.*

Epig. 28. Et centum Dominos) *In ius ſuum & poſſeſſionem reſtitui quod Iunius ſolum editionis ſuæ margini adleverat. indignum enim videbatur tecto non recipi, quæ ingenuitatem ſuam probaret non modò teſtimonio ccd. Anglic. ſed & Palat. ſed & Commentarijs Calderini. vulgati abſurde:* Et centum numeros.

Epigr. 29. Commendat faſtus amicam) *Seripſi vocem mediam literâ minore. nam in cuſis ævo poſteriore* Faſtus *eſt nomen viri: quóque magis maneret, ſignificarunt alij reſtare in mſ. exemplari* Fauſtus. *prorſus male. nam* faſtus *heic illa meretricum ars quâ faſtidire fingunt amatores ſuos, quò acrius incendant.*

Epigr. 30. Libys improbus) *Debeo iſtud cod. quart. quod ad oram habebat, ceu lectionem variantem, videbaturque profectò aptius quàm quod hodie occupat libros,* Libys impius. *etſi tamen hoc pedibus non temere traxerim in rem malam.*

Ibid. Venerare delicatos) *Ita libuit reſtituere Auctori, urgente non tantùm Palat. ſed & Brit. & quart. antea legebatur*, dedicatos; *quod quâ ratione tuear non facile invenio. at delicati pueri, puellæque delicatæ, qui fuerint, ſcient omnes, quibus libuerit conſulere Inſcriptionum noſtrarum paginas* DCLXI *&* DCLXII.

Epigr. 39. Vera Glaniana) *Noſter tert. & quart. ut & Palat. pr. ſervant*, vera Grantiana; *quod non excluderē, ſi ſcirem quid ſibi vellet. interim libet defendere illud* vera, *contra recondita eruditionis condum promum Petrum Pithœum, qui id mutare cupijt in* Bera: *cùm & noſter lib.* 9. *Epigr.* 60. *Item lib.* 10. *Epigr.* 78. Sardonychas veros *oppoſuerit adulterinis.*

Epigr. 42. Sæpe & nolentem) *Ita Palat. & vett. edd. recentiores enim*, Sæpeque nolentem: *non male, niſi ſtandum eſſet antiquitati, & moram aliquam requireret Auctoris mens.*

Epigr. 43.

*Epigr.*43. Mihi Metili) *Sic Palat. pr. non* Metelli, *quomodo vulgò editur. sed nec aliter ferè Palat. sec. nisi quòd is* Metilli.

*Epigr.*45. Sic te tua diligat arbos.) *Daphne scilicet. at libri mordicùs retinent*, diligat vxor, *invito Palat. nostro, eóque mſ. quo usus Modius.*

*Epigr.*48. Percidi gaudes, percisus) *Ita Palat. noster, non ut vulgatur* Præcidi gaudes, præcisus.

*Epigr.*51. Latè vectus) *Palat.* lacte. *forte mutandum in* laxè.

*Epigr.*52. Nudi regit.) *Recentt. edd.* nudum. *sed alterum muniunt tam Palat. quàm vett. impressi.*

Ibid. Cui dat latratos) *Ita refinxi cum mſ. & vett. edd. posteriores enim* Cuique datis latrat, *quod vel reijcit syllabæ quantitas, ne dicam aliud velle Auctorem ipsum.*

*Epigr.*55. Gloria temporum duorum) *Præteriti & præsentis. ita Palat. & quart. vulgatur in hunc usque diem,* temporum tuorum.

Ibid. Rixamarum) *In gratiam Geographiæ annotabo varietatem lectionum quæ in locis heic descriptis. Quod posui, restat in Palat. pr. In tert. & quart. est*, Rixamorum, *edd.* Risamorum. *Supra etiam pro* Tutelamque *habebat cod. quart.* Tuteclamque. *Posteà loco* Petoron *visitur in Palat. & tert.* Petcrem, *in quart.* Paterem. *Item ubi habemus*, Ripas, *habet quart. & ora ed. Colin.* Rigas, *Deinde pro* Silaos, *servat Palat.* Suebos. *tert.* Suevos, *quart.* Silaos, *margo verò eius*, Silevos. *Calder. ed.* Suellos. *Præterea Palat. pr. exhibet nobis* Turasiæque, *quart.* Turisiæque, *non* Petusiæque, *quod occupat editt. Statim Palat. custodit non* Vetonissæ, *sed* Teutonissæ, *cui adhærent editiones vett. quæ* Tovenissæ. *Est quoque in quart.* Buradonis, *in Palat. verò* Purateonis, *non* Duratenis: *qui etiam habet* Vativescæ, *non ut publicatur* Matinessæ: *à quo item abit Palat. sec. qui præfert* Vatinessæ. *sed & tert. servat* Manitessæ.

Ibid. Quàm Britannos) *Nec istam lectionem synceram præstiterim. nam & Calderini Commentarius aliud quid innuit, estque in Palat. pr.* Butuntos, *in sec.* Bitundos, *in quart.* Bitontos, *cùm tamen initio habuisset* Britannos. Bituntorum *iterùm meminit Poëta lib. 2. Epigr. 48.*

Epigr 57. Littora grata) *Ita Palat. & quart. vulgò,* sacra:

sacra: *quod minus arbitror genuinum, quoniam eadem linea*, sacri fontes; *nec video quid habeat energiæ repetitio.*

Epigr.59. Vipera repit) *Sic rursus quart. & Palat. non quod ante cusi*, vipera serpit.

Epigr.61. Sardonycha verum) *Ita Palat. nec aliter quosdam legisse prodidit Calderinus, placuitq; Iunio. vulgatur passim*, Sardonychas auro.

Ibid. Lineisque ter cinctum) *Videtur Calderinus aliquid heic legisse de* lichnichis. *idem tamen ait veterem librum habuisse* lichnumque ter unctum, *putare autem se legendum*, lychnumque perunctum, *inepte sane, & contra legem carminis. feramus ergo vulgatam, dum prodeat genuina lectio. nam gemma nomen heic positum fuisse, disertè testatur ora cod. mſ. quarti, ubi est*:

Sardonychas verum, lychenitisque cerytum.

Epigr.64. Iuli iugera) *Ita Palat. & Iunij liber ad marginem. antea erat* Tulli

Epigr.66. Vilius esse potest) *Sic mſ. tres, & nemo eat inficias germanum Auctoris, qui perpenderit modò argumentum.* vilius *enim, minus sumtuosum. vulgg.* dulcius.

Ibid. Est excussa) *Sic scripti nostri omnes. Brit* est tibi sumta; *quod habuerim periphrasin alterius.*

Ibid. Saucia turba mero) *Id est, cum vino iam depositi rustici, ideoque facilius latere poteras. sic servat & quartus, & Palat. nam vulgg.* saucia vena mero; *quod præfractè non damnarim, imò ne damnaverim ullo modo, cum illud* turba *conspiciatur iterum pentametro præcedenti.*

Epigr.67. Plaudere iustus.) *Est à libro Brit. & margine nostri quarti, nec non edit. Colin. nam vulgg.* iussus *quod tamen avorum ævo exsulasse; inde colligamus, quod Calderinus* iusti census equitem, *heic requiri inquiat.*

Ibid. Quod non vis) *Ita Palat. noster. editi*, Quod non das. *haud male, sed an ideò melius altero?*

Epigr.70. Fieri putaret posse quis) *Sic Palat. & quart. alij namque*, Fieri putet posse quis: *unde postea factum*, Fieri putet potuisse quis.

Epigr.73. Oravit pensa) *Ita vett. edd. & mſ.* orabat *recentissima editiones.*

Ibid. Stamina nulla) *Tribui fidei solius Palat. ut istud*

*Vitellij, hoc est, dum rursus incenderetur Capitolium. nec est quod huc trahamus Epigr.*38. *lib.* 6. & infanti Iulia tecta placent. *nam neque ibi, meâ sententiâ,* Iulia tecta *sunt Capitolium, uti placet Calderino, sed* Basilica Iulia, *ubi oratores, ubi iudicia; uti satis innuerat versus praecedens:* Iam clamor, centumque viri, &c.

*Epigr.*11. Versat in) *Tuta est hæc lectio auctoritate mſ. Palat. & quart. unde enim irrepsisset istud vocis nisi esset ab Auctore? at illud* Portat, *quod passim legitur, an non sapit Glossatorem? certè pro nostrâ facit Epigr.*61.

Per cuius digitos currit levis annulus omnes.

nam qui currit, hoc utique versatur.

*Epigr.*12. Fronte pertinaci) *Palat.* perticatâ. *an vult perticam ponderosam tulisse fronte, tanquam bilancem? non. aliud quid latet.*

*Epigr.*16. Hâc veteres) *Non ineptè Palat.* & veteres.

*Epigr.*18. Avarus videor) *Sic Palat. vulgg habebant,* videar. *discrimen utriusque sentiunt quibus auris delicatior.*

*Epigr.*21. Regule Macrum) *Ita duo mſ. lepidèque opponitur* Crasso. *vulgò, sine ullâ gratiâ,* Marcum. *idque reprehendere dudum Gulielmius, aliique.*

*Epigr.*22. Nisi te volui meruique) *Ita Palat. & quart. recenter edd.* si te merui voluique. *sed tamen vett. edd.* nisi te merui voluique.

Ibid. Alta Suburrani) *Sic noster tert. ineptè huiusque lectum* suburbani. *clivus* Suburranus *inter urbis Romæ notiora.*

Ibid. Rumpere) *Est à Palat. nostro. pro* perrumpere. *optimè. hactenus cusi,* vincere. *quàm rectè, alij viderint.*

*Epigr.*25. Timet Helius) *Sic Palat. & quart. editi* Ælius, *quomodo numquam fere aut membrana aut marmora antiqua.*

Ibid. Vincere, nec ferire) *Ita Brit. ita Palat. & quart. vulgg.* sed ferire. *malè. uti monitum iam alijs, pervicique pluribus in Suspicionum libris.*

*Epigr.*25. Aureus ut Scorpi) *Sunt qui reponant* Æreus. *sed stant a vulgato mſ. omnes, & dicit alioqui noster alibi:*

Cùm Scorpus unâ quindecim graves horâ
Ferventis auri victor auferat saccos.

nihil igitur mirum, tam diviti statuas aureas.

Ibid.

Ibid. Diſſimulator amici) *Vulgò eſt vocandi caſu,* amice, *ſed languidius iſtud, præfertque alterum Palat.*

Epigr. 28. Curtios) *Admiſi coniecturam Douſæ, quòd ſyllabam in* Curios *(quomodo ubique legitur) repudiaret verſus, conſtaretque mihi* Curtios Montanos *pietate inſignes circa illa tempora ex Tacito, ex aliis. Pòſt quoque repoſui* Macros, *eiecto* Marcos, *ſed fide mſ. intelligit enim* Bæbium Macrum, *ad quem aliquot Plinij epiſtolæ.*

Epigr. 31. Poterant) *Ita mſ. non,* poſſent, *uti eſt in publicatis.*

Ibid. Trepidant geſtus; & de, *&c.*) *Ita quoque noſtri mſſ. & ex parte Brit. exçuditur in diem hunc* trepidant greſſus, ſed de, *&c.*

Epigr. 34. Pallida nec nigras, *&c.*) *Cùm mſ. aliquot & edd. vett. iſthæc coniungerent diſticho ſuperiori, eos non trepidè ſecutus ſum; præcipuè cùm idem fere imperaret ratio. Flaccilla enim viva commendat patri defuncto recenter mortuam filiam. ſtat tamen à vulgg. Palat. & quart.*

Epigr. 35. Dum ſibi) *Ita Palat. publicati,* Cùm, *minus benè.*

Ibid. De Patruenſibus) *Sic agnoſcit Palat. pr. & quart. neque aliter interpretatur Palat. ſec. etſi reſtet in textu illud, quod paſſim vulgatur,* de patruelibus. *ſed & meminit* Patrarum *Domitius, quamvis alterum reſtet in textu.*

Epigr. 37. Phalantini) *Sic præter mſ. Brit. & quart. Palat. editioque Cald. vulgg.* Phalanini, *quod quid ſit ignoro. at* Tarentina lana *nobiliſſima.*

Ibid. Vicit) *Ita omninò ſcribendum erat, non ſolum ſuaſu mſ. aliquot, ſed etiam quia ſequebatur,* Fragravit. *edebatur prius,* vincit.

Epigr. 39. Si conchen) *Ita Palat. & poſtulat ſententia. vulgò,* concham, *quod longè aliud eſt.*

Epigr. 45. Iſtud, quæ non eſt, dicere Baſſa ſolet) *Reſtitui lepôrem ſuum epigrammati mutatione aliquot literarum quam ſuggerebat Palat. nam cuſi huc uſque,* Iſtud quod non eſt, *&c. alio ſenſu, nec tam arguto. vult namque, nullam ſe iactare pro formoſâ, pro puellâ, niſi quæ non talis, id eſt, quæ nec formoſa ſit, nec puella.*

Epigr. 46. Cædo) *Ita ſcripſi per diphthongum, qui enim ſcribunt* cedo, *& interpretantur* vincor à te, *non video quo-*

istud nulla *textui infarcirem, quamvis alii omnes* pulla, *nisi quod id quarto ad oram, repræsentante textu,* stamina fusca. *videtur autem velle rogatas Parcas sustinerent paululum stamina, neque ea ad exodium perducerent. sic in lib. Spectaculorum*: Parva mora est, dices, *&c.*

Ibid. Posthoe) Posthac *nupera edd. sed pratuli vett. & Palat. & quart.*

Epigr. 74. Audent) *Magis placeret lectio marginalis ed. Colinei,* ardent, *dummodo confirmaretur aliquo mss.*

Epigr. 75. Census) *Ita omninò legendum, meo quidem animo, non* sensus, *quomodo aliquot, ut & Iuniana ed. & eum secutus Auctor Indicis. nam amorem testata eo est Nigrina quòd transscripserit marito dotem adhuc viva, nec aliter Comment. Cald. etiamsi alterum occupet contextum.*

Ibid. Certo.) *Ita Palat. non* certe, *ut est in vett. edd. aut* certæ, *ut habet Colinæi.*

Epigr. 77. Caussa est quæ subiti) *Sic Palat. & ora edd. vett. vulgo est,* Causa est tam subiti, *languidè magis. neque probaverat Caldervinus.*

Epigramma In Varum *non extat in ms. tis.*

Epigr. 78. Sigeriosque meros) *Eleganter hoc ms. Palat. noster, & ora quarti. reliqui,* Sigeriosque modos; *quod ego non intelligo, miror que cur non explicent tot Commentatores, tot Interpretes.*

Epigr 80. Maron) *Sic ms. & Palat & quart. editi* Mathon; *quod vel mutandum, quia proximo Epigrammate nomen idem præcesserat.*

Ibid. Res est. erras: cùm viscera) *Ita & Colin. ed. & Palat. meus, sensu perspicuo. nam alia*; errans cùm viscera. *Calderini impresso*; est, tristis cùm visc.

Epigr. 83. Nec tibi natus homo est.) *Acutè. & sic Palat. neque admodum abludit Brit. codex & quart. in quibus,* notus. *vulgatur,* gratus; *quod auribus meis ingratum. alterum sanè propugnant illa lib.* 8. *Epigr.* 74.

Natum te, Clyte, nec semel putabo.

item lib. 10. *Epigr.* 27.

Nemo tamen natum te, Diodore, putat.

ad quem locum videatur quæ dictaverit Musa Iunii.

Epigr. 84. Fututam; Cùm multi, *&c.*) *Ita distinxi, quòd tale quid requireret argutia carminis, retinerent que edd. vett.*

edd. vett. nam recentiores, fututam, Cùm multi cupiant, rogentque multi. Tam, *&c. minus lepidè, meis profectò auriculis.*

Epigr. 88. Scriptula Septitiani) *Sic planè Palat. non ut vulgus* Septitiane, *quod etiam fatuum quid palato Iunij; ideoq́; coniecerat illud nostrum.* argentum *enim* Septitianum *pretij vilioris, ut patet ex Epigr.* 7. *lib.* 8.

Ibid. Antipolltano) *Ita mss. omnes & edd. vett. nam postea nata,* Antipolitani, *figurâ non tam bellâ.*

Epigramma De Rusticatione (*si licet liberè loqui quod libet*) *nihil sapit Martialis, nihil Poëta docti, imò nihil Poëtici, neque id habet noster Palatinus.*

IANI GRVTERI
IN
EPIGRAMMATVM LIB. V.
NOTÆ.

EPigr. 1. Hinc Triviam prospicis, inde Thetyn) *id est, ab unâ parte vides Dianæ templum, ab alterâ mare: ut benè Calderinus, quod obiter dico, ne pueris imponat Concinnator Indicis, qui nobis fabricavit* Thetyn *quandam* Triviam, *atque ita, Prometheo invito, duo numina conflavit in unum.*

Ibid. Tantum accipias) *Ita Palat. & quart. nec longè divertit mss. Brit. qui,* adspicias. *vulg.* accipies.

Epigr. 3. Degis) *Scripsi maiusculâ, quia nomen Reguli. minore expresserant edd. postertores.*

Epigr. 5. Ad Capitolini) *Ita vett. edd. & mss. clamatque sententia. Iun. tamen & seqq.* Et Capitolini. *malè.*

Epigr. 10. Sic laudant Catuli vilia templa) *Sic scripsi iubente Palat. pr. & tert. & quart. vulgo est;* Et laudant Catuli Iulia templa. *sed non satis video quomodo Capitolium vocetur templum Iulium. nam quod est apud Dionem lib.* 43. decretū, ut eraso Catuli nomine substitueretur Cæsaris, *decretū quidem, sed non factum, si fides Tacito, qui asseverat Catuli nomen mansisse usque ad ævum Vitellij,*

istud nulla *textui infarcirem, quamvis alij omnes* pulla, *nisi quod id quarto ad oram, repræsentante textu*, stamina fusca. *videtur autem velle rogatas Parcas sustinerent paululum stamina; neque ea ad exodium perducerent. sic in lib. Spectaculorum*: Parva mora est, dices, *&c.*

Ibid. Posthoc) Posthac *nupera edd. sed pratuli vett. & Palat. & quart.*

Epigr. 74. Audent) *Magis placeret lectio marginalis ed. Colinai*, ardent, *dummodo confirmaretur aliquo ms.*

Epigr. 75. Census) *Ita omnino legendum, meo quidem animo, non* sensus, *quomodo aliquot, ut & Iuniana ed. & eum secutus Auctor Indicu. nam amorem testatur eo est Nigrina quod transscripserit marito dotem adhuc viva, nec aliter Comment. Cald. etiamsi alterum occupet contextum.*

Ibid. Certo.) *Ita Palat. non* certe, *ut est in vett. edd. aut* certæ, *ut habet Colinai.*

Epigr. 77. Caussa est quæ subiti) *Sic Palat. & ora edd. vett. vulgo est*, Causa est tam subiti, *languide magis. neque probaverat Calderinus.*

Epigramma In Varum *non extat in ms. tis.*

Epigr. 78. Sigeriosque meros) *Eleganter hoc ms. Palat. noster, & ora quarti. reliqui*, Sigeriosque modos; *quod ego non intelligo, miror que cur non explicent tot Commentatores, tot Interpretes.*

Epigr 80. Maron) *Sic ms. & Palat & quart. editi* Mathon; *quod vel mutandum, quia proximo Epigrammate nomen idem præcesserat.*

Ibid. Res est. erras: cùm viscera) *Ita & Colin. ed. & Palat. meus, sensu perspicuo. nam alia*; errans cùm viscera. *Calderini impresso*; est, tristis cùm visc.

Epigr. 83. Nec tibi natus homo est.) *Acutè. & sic Palat. neque admodum abludit Brit. codex & quart. in quibus*, notus. *vulgatur*, gratus; *quod auribus meis ingratum. alterum sanè propugnant illa lib.* 8. *Epigr.* 74.

Natum te, Clyte, nec semel putabo.

item lib. 10. *Epigr.* 27.

Nemo tamen natum te, Diodore, putat.

ad quem locum videatur quæ dictaverit Musa Iunij.

Epigr. 84. Fututam; Cùm multi, *&c.*) *Ita distinxi, quòd tale quid requireret argutia carminis, retinerentque edd. vett.*

edd. vett. nam recentiores, fututam, Cùm multi cupiant, rogentque multi. Tam, *&c. minus lepidè, meis profectò auriculis.*

Epigr. 88. Scriptula Septitiani) *Sic planè Palat. non ut vulgus* Septitiane, *quod etiam fatuum quid palato Iunij; ideoq́ conjecerat illud nostrum.* argentum *enim* Septitianum *pretij vilioris, ut patet ex Epigr.* 7. *lib.* 8.

Ibid. Antipolitano) *Ita mſ. omnes & edd. vett. nam postea natæ*, Antipolitani, *figurâ non tam bellâ.*

Epigramma De Rusticatione (*si licet liberè loqui quod libet*) *nihil sapit Martialis, nihil Poëta docti, imò nihil Poëtici, neque id habet noster Palatinus.*

IANI GRVTERI
IN
EPIGRAMMATVM LIB. V.
NOTÆ.

EPigr. 1. Hinc Triviam prospicis, inde Thetyn) *id est, ab unâ parte vides Dianæ templum, ab alterâ mare: ut benè Calderinus, quod obiter dico, ne pueris imponat Concinnator Indicis, qui nobis fabricavit* Thetyn *quandam* Triviam, *atque ita, Prometheo invito, duo numina conflavit in unum.*

Ibid. Tantum accipias) *Ita Palat. & quart. nec longè divertit mſ. Brit. qui*, adſpicias. *vulg.* accipies.

Epigr. 3. Degis) *Scripsi maiusculâ, quia nomen Reguli. minore expresserant edd. posteriores.*

Epigr. 5. Ad Capitolini) *Ita vett. edd. & mſ. clamatque sententia. Iun. tamen & seqq.* Et Capitolini. *malè.*

Epigr. 10. Sic laudant Catuli vilia templa) *Sic scripsi iubente Palat. pr. & tert. & quart. vulgo est;* Et laudant Catuli Iulia templa. *sed non satis video quomodo Capitolium vocetur templum Iulium. nam quod est apud Dionem lib.* 43. decretũ, ut eraso Catuli nomine substitueretur Cæsaris, *decretũ quidem, sed non factum, si fides Tacito, qui asseverat Catuli nomen mansisse usque ad ævum Vitellij.*

istud nulla *textui infarcirem, quamvis alij omnes* pulla, *nisi quod id quarto ad eram, repræsentante textu*, stamina fusca. *videtur autem velle rogatas Parcas sustinerent paululum stamina; neque ea ad exodium perducerent. sic in lib. Spectaculorum*: Parva mora est, dices, *&c.*

Ibid. Posthoc) Posthac *nupera edd. sed pratuli vett. & Palat. & quart.*

Epigr. 74. Audent) *Magis placeret lectio marginalis ed. Colinei*, ardent, *dummodo confirmaretur aliquo ms.*

Epigr. 75. Census) *Ita omnino legendum, meo quidem animo, non* sensus, *quomodo aliquot, ut & Iuniana ed. & eum secutus Auctor Indicu. nam amorem testatã eo est Nigrina quòd transscripserit marito dotem adhuc viva, nec aliter Comment. Cald. etiamsi alterum occupet contextum.*

Ibid. Certo.) *Ita Palat. non* certe, *ut est in vett. edd. aut* certæ, *ut habet Colinei.*

Epigr. 77. Caussa est quæ subiti) *Sic Palat. & ora edd. vett. vulgo est*, Causa est tam subiti, *languidè magis. neque probaverat Caldersnus.*

Epigramma In Varum *non extat in ms. tis.*

Epigr. 78. Sigeriosque meros) *Eleganter hoc ms. Palat. noster, & ora quarti. reliqui*, Sigeriosque modos; *quod ego non intelligo, mirorque cur non explicent tot Commentatores, tot Interpretes.*

Epigr 80. Maron) *Sic ms. & Palat & quart. editi* Mathon; *quod vel mutandum, quia proximo Epigrammate nomen idem præcesserat.*

Ibid. Res est. erras: cùm viscera) *Ita & Colin. ed. & Palat. meus, sensu perspicuo. nam alia*; errans cùm viscera. *Calderini impressio*; est, tristis cùm visc.

Epigr. 83. Nec tibi natus homo est.) *Acutè. & sic Palat. neque admodum abludit Brit. codex & quart. in quibus*, notus. *vulgatur*, gratus; *quod auribus meis ingratum. alterum sanè propugnant illa lib.* 8. *Epigr.* 74.

Natum te, Clyte, nec semel putabo.

item lib. 10. *Epigr.* 27.

Nemo tamen natum te, Diodore, putat.

ad quem locum videatur quæ dictaverit Musa Iunij.

Epigr. 84. Fututam; Cùm multi, *&c.*) *Ita distinxi, quòd tale quid requireret argutia carminis, retinerentque edd. vett.*

edd. vett. nam recentiores, fututam. Cùm multi cupiant, rogentque multi. Tam, *&c. minus lepidè, meis profectò auriculis.*

Epigr. 88. Scriptula Septitiani) *Sic planè Palat. non ut vulgus* Septitiane, *quod etiam fatuum quid palato Iunij; ideoq; coniecerat illud nostrum.* argentum *enim* Septitianum *pretij vilioris, ut patet ex Epigr.* 7. *lib.* 8.

Ibid. Antipolitano) *Ita mss. omnes & edd. vett. nam postea nata*, Antipolitani, *figurâ non tam bellâ.*

Epigramma De Rusticatione (*si licet liberè loqui quod libet*) *nihil sapit Martialis, nihil Poëta docti, imò nihil Poëtici, neque id habet noster Palatinus.*

IANI GRVTERI
IN
EPIGRAMMATVM LIB. V.
NOTÆ.

EPigr. 1. Hinc Triviam prospicis, inde Thetyn) *id est, ab unâ parte vides Dianæ templum, ab alterâ mare: ut benè Calderinus, quod obiter dico, ne pueris imponat Concinnator Indicis, qui nobis fabricavit* Thetyn *quandam* Triviam, *atque ita, Prometheo invito, duo numina conflavit in unum.*

Ibid. Tantum accipias) *Ita Palat. & quart. nec longè divertit ms. Brit. qui*, adspicias. *vulg.* accipies.

Epigr. 3. Degis) *Scripsi maiusculâ, quia nomen Reguli. minore expresserant edd. posteriores.*

Epigr. 5. Ad Capitolini) *Ita vett. edd. & ms. clamatque sententia. Iun. tamen & seqq.* Et Capitolini. *malè.*

Epigr. 10. Sic laudant Catuli vilia templa) *Sic scripsi iubente Palat. pr. & tert. & quart. vulgo est*; Et laudant Catuli Iulia templa. *sed non satis video quomodo Capitolium vocetur templum Iulium. nam quod est apud Dionem lib.* 43. decretũ, ut eraso Catuli nomine substitueretur Cæsaris, *decretũ quidem, sed non factum, si fides Tacito, qui asseverat Catuli nomen mansisse usque ad aevum Vitellij,*

istud nulla *textui infarcirem, quamvis alij omnes* pulla, *nisi quod id quarto ad oram, repræsentante textu,* stamina fusca. *videtur autem velle rogatas Parcas sustinerent paululum stamina; neque ea ad exodium perducerent. sic in lib. Spectaculorum*: Parva mora est, dices, *&c.*

Ibid. Posthoe) Posthac *nupera edd. sed pratuli vett. & Palat. & quart.*

Epigr. 74. Audent) *Magis placeret lectio marginalis ed. Colinei,* ardent, *dummodo confirmaretur aliquo ms.*

Epigr. 75. Census) *Ita omninò legendum, meo quidem animo, non* sensus, *quomodo aliquot, ut & Iuniana ed. & eum secutus Auctor Indicu. nam amorem testatur eo est Nigrina quòd transscripserit marito dotem adhuc viva, nec aliter Comment. Cald. etiamsi alterum occupet contextum.*

Ibid. Certo.) *Ita Palat. non* certe, *ut est in vett. edd. aut* certæ, *ut habet Colinei.*

Epigr. 77. Caussa est quæ subiti) *Sic Palat. & ora edd. vett. vulgo est,* Causa est tam subiti, *languidè magis. neque probaverat Caldersnus.*

Epigramma In Varum *non extat in ms. tis.*

Epigr. 78. Sigeriosque meros) *Eleganter hoc ms. Palat. noster, & ora quarti. reliqui,* Sigeriosque modos; *quod ego non intelligo, miror que cur non explicent tot Commentatores, tot Interpretes.*

Epigr 80. Maron) *Sic ms. & Palat & quart. editi* Mathon; *quod vel mutandum, quia proximo Epigrammate nomen idem præcesserat.*

Ibid. Res est. erras: cùm viscera) *Ita & Colin. ed. & Palat. meus, sensu perspicuo. nam alia*; errans cùm viscera. *Calderini impressio*; est, tristis cùm visc.

Epigr. 83. Nec tibi natus homo est.) *Acutè. & sic Palat. neque admodum abludit Brit. codex & quart. in quibus,* notus. *vulgatur,* gratus; *quod auribus meis ingratum. alterum sanè propugnant illa lib.* 8. *Epigr.* 74.

Natum te, Clyte, nec semel putabo.

item lib. 10. *Epigr.* 27.

Nemo tamen natum te, Diodore, putat.

ad quem locum videatur quæ dictaverit Musa Iunij.

Epigr. 84. Fututam; Cùm multi, *&c.*) *Ita distinxi, quòd tale quid requireret argutia carminis, retinerentque edd. vett.*

edd. vett. nam recentiores, fututam. Cùm multi cupiant, rogentque multi. Tam, *&c. minus lepidè, meis profectò auriculis.*

Epigr. 88. Scriptula Septitiani) *Sic planè Palat. non ut vulgus* Septitiane, *quod etiam fatuum quid palato Iunij; ideoq; conieceerat illud nostrum.* argentum *enim* Septitianum *pretij vilioris, ut patet ex Epigr. 7. lib. 8.*

Ibid. Antipolltano) *Ita mſ. omnes & edd. vett. nam postea nata*, Antipolitani, *figurâ non tam bellâ.*

Epigramma De Rusticatione (*si licet liberè loqui quod libet*) *nihil sapit Martialis, nihil Poëta docti, imò nihil Poëtici, neque id habet noster Palatinus.*

IANI GRVTERI
IN
EPIGRAMMATVM LIB. V.
NOTÆ.

E*Pigr.* 1. Hinc Triviam prospicis, inde Thetyn) *id est, ab unâ parte vides Dianæ templum, ab alterâ mare: ut benè Calderinus, quod obiter dico, ne pueris imponat Concinnator Indicis, qui nobis fabricavit* Thetyn *quandam* Triviam, *atque ita, Prometheo invito, duo numina conflavit in unum.*

Ibid. Tantum accipias) *Ita Palat. & quart. nec longè divertit mſ. Brit. qui,* adſpicias. *vulg.* accipies.

Epigr. 3. Degis) *Scripsi maiusculâ, quia nomen Reguli. minore expresserant edd. posteriores.*

Epigr. 5. Ad Capitolini) *Ita vett. edd. & mſ. clamatque sententia. Iun. tamen & seqq.* Et Capitolini. *malè.*

Epigr. 10. Sic laudant Catuli vilia templa) *Sic scripsi iubente Palat. pr. & tert. & quart. vulgo est;* Et laudant Catuli Iulia templa. *sed non satis video quomodo Capitolium vocetur templum Iulium. nam quod est apud Dionem lib.* 43. decretū, ut eraso Catuli nomine substitueretur Cæsaris, *decretū quidem, sed non factum, si fides Tacito, qui asseverat Catuli nomen mansisse usque ad ævum Vitellij,*

*Vitellij, hoc est, dum rursus incenderetur Capitolium. nec est quod huc trahamus Epigr.*38. *lib.*6. & infanti Iulia tecta placent. *nam neque ibi, meâ sententiâ, Iulia tecta sunt Capitolium, uti placet Calderino, sed* Basilica Iulia, *ubi oratores, ubi iudicia; uti satis innuerat versus praecedens:* Iam clamor, centumque viri, &c.

*Epigr.*11. Versat in) *Tuta est hæc lectio auctoritate ms. Palat. & quart. unde enim irrepsisset istud vocis nisi esset ab Auctore? at illud* Portat, *quod passim legitur, an non sapit Glossatorem? certè pro nostrâ facit Epigr.*61.

Per cuius digitos currit levis annulus omnes.

nam qui decurrit, hoc utique versatur.

*Epigr.*12. Fronte pertinaci) *Palat.* perticatâ. *an vult perticam ponderosam tulisse fronte, tanquam bilancem? non. aliud quid latet.*

*Epigr.*16. Hâc veteres) *Non ineptè Palat.*& veteres.

*Epigr.*18. Avarus videor) *Sic Palat. vulgg habebant,* videar. *discrimen utriusque sentiunt quibus auris delicatior.*

*Epigr.*21. Regule Macrum) *Ita duo ms. lepidèque opponitur* Crasso. *vulgò, sine illâ gratiâ,* Marcum. *idque reprehendere dudum Gulielmius, aliique.*

*Epigr.*22. Nisi te volui meruique) *Ita Palat. & quart. recenter edd.* si te merui voluique. *sed tamen vett. edd.* nisi te merui voluique.

Ibid. Alta Suburrani) *Sic noster tert. ineptè huiusque lectum* suburbani. *clivus* Suburranus *inter urbis Romæ notiora.*

Ibid. Rumpere) *Est à Palat. nostro. pro* perrumpere. *optimè. hactenus cusi,* vincere. *quàm rectè, alij viderint.*

*Epigr.*25. Timet Helius) *Sic Palat. & quart. editi* Ælius, *quomodo numquam fere aut membrana aut marmora antiqua.*

Ibid. Vincere, nec ferire) *Ita Brit. ita Palat. & quart. vulg.* sed ferire. *malè. uti monitum iam alijs, perviciqque pluribus in Suspicionum libris.*

*Epigr.*25. Aureus ut Scorpi) *Sunt qui reponant* Æreus. *sed stant a vulgato ms. omnes, & dicit alioqui noster alibi:*

Cùm Scorpus unâ quindecim graves horâ
Ferventis auri victor auferat saccos.

nihil igitur mirum, tam diviti statuas aureas.

Ibid.

Ibid. Dissimulator amici) *Vulgò est vocandi casu,* amice, *sed languidius istud, præfertque alterum Palat.*

Epigr. 28. Curtios) *Admisi coniecturam Dousæ, quòd syllabam in* Curios *(quomodo ubique legitur) repudiaret versus, constaretque mihi* Curtios Montanos *pietate insignes circa illa tempora ex Tacito, ex aliis. Pòst quoque reposui* Macros, *eiecto* Marcos, *sed fide mss. intelligit enim* Bæbium Macrum, *ad quem aliquot Plinij epistolæ.*

Epigr. 31. Poterant) *Ita mss. non,* possent, *uti est in publicatis.*

Ibid. Trepidant gestus; & de, *&c.*) *Ita quoque nostri mss. & ex parte Brit. excuditur in diem hunc* trepidant gressus, sed de, *&c.*

Epigr. 34. Pallida nec nigras, *&c.*) *Cùm mss. aliquot & edd. vett. isthac coniungerent disticho superiori, eos non trepidè secutus sum; præcipuè cùm idem fere imperaret ratio. Flaccilla enim viva commendat patri defuncto recenter mortuam filiam. stat tamen à vulgg. Palat. & quart.*

Epigr. 35. Dum sibi) *Ita Palat. publicati,* Cùm, *minus benè.*

Ibid. De Patruensibus) *Sic agnoscit Palat. pr. & quart. neque aliter interpretatur Palat. sec. etsi restet in textu illud, quod passim vulgatur,* de patruelibus. *sed & meminit* Patrarum *Domitius, quamvis alterum restet in textu.*

Epigr. 37. Phalantini) *Sic præter mss. Brit. & quart. Palat. editioque Cald. vulgg.* Phalanini, *quod quid sit ignoro. at* Tarentina lana *nobilissima.*

Ibid. Vicit) *Ita omninò scribendum erat, non solum suasu mss. aliquot, sed etiam quia sequebatur,* Fragravit. *edebatur prius,* vincit.

Epigr. 39. Si conchen) *Ita Palat. & postulat sententia. vulgò,* concham, *quod longè aliud est.*

Epigr. 45. Istud, quæ non est, dicere Bassa solet) *Restitui leporem suum epigrammati mutatione aliquot literarum quam suggerebat Palat. nam usi huc usque,* Istud quod non est, *&c. alio sensu, nec tam arguto. vult namque, nullam se iactare pro formosâ, pro puellâ, nisi quæ non talis, id est, quæ nec formosa sit, nec puella.*

Epigr. 46. Cædo) *Ita scripsi per diphthongum, qui enim scribunt* cedo, *& interpretantur* vincor à te, *non vi-*

 deo quo-

deo quomodo satisfaciant menti Auctoris; qui sæpius verberaverat reluctantem Diadumenum, uti meritò haberet iratum. Palat. tamen noster habet, credo.

Epigr. 51. Si fingere istud me putas) *Quis non indignetur novellas editiones nimis stupidè secutas mendum Inmana*, Si fingere istud putas *&c. cùm id lumbifragium versus?*

Epigr. 52. Ingentia Postume dona, *&c.*) *Ita Palat. & arridet impensè, ut* quamvis ingentia *accipiatur indefinitè, neque tribuatur Postumo. vulgatur passim*, dones, *cui nullus subscribit ms. nam tertius noster*, donas.

Epigr. 53. Quò tibi vel Niobem Basse, *&c.*) *non potui abstinere manum ab hac lectione quam suggesserat Palat. & quart. antea erat:*

Quid tibi vel Niobe Basse vel Andromache?

Epigr 54. De rhetore Apollonio) *Non aliter exstabat lemma in nostro quart. rectè. nam est idem cum illo cuius supra meminit Epigr.* 21.

Epigr. 56. Diu, rogásque. Omnes) *Ita libuit distinguere & scribere suasu sententiæ & manu exaratorum; editi*, diuque tentas, Omnes Grammaticosque Rhetorasque, Devites, *&c. minus benè.*

Epigr. 57. Nolo tibi) *Nihilominus rotundè Brit. cod. & quart.* noli tibi.

Epigr. 58. Quàm longè est cras istud? vbi est, aut, *&c.*) *hausi è Palat. nam edd. sine illo* est *legunt*, Quam longe cras istud ubi est aut, *&c. levissimum hoc fateor, sed nihil addendum, nihil detrahendum arbitror classico auctori, cuius non reddatur ratio.*

Ibid Res nullas Crispulus) *Non intelligo quid velit: nec iuvat Palat. nisi quòd is*, res vlla Crisp. *divinabam*, re nulla, *sensu tam claro, ut vel sibi ipsi sit vice Solis.*

Ibid. Agit ipse) *Sic quart. alij* iste, *quod displicet, quia proximè præcesit.*

Epigr. 63. Iupiter. imò tibi) *Ita distinguendum cum vett. edd. nam nupera*, Iupiter, imo tibi. *obscurè ac confusè. Epigramma istud mutuabitur lucem ab Epigr.* 108. *lib.* 11.

Epigr. 64. Alcine solve nives) *Elegantiam huius lectionis imputat nobis Palat. codex & Anglic. priores edd.* Alcine funde nives, *quod vix ferendum erat, vel ob illud in-*

Iud infunde *versus praecedentis. De mere isto plura in Suspp. libellis. tantum dico mſ. quart. heic praeferre* Alcime; *& verò praetulerim ferè alteri. nam & tale nomen pueri occurrit supra lib.* 1. *Epigr.* 88.

Epigr. 65. Ducere nec rectas*) Nihilo peius, imò auribus aliquanto melius Palat.* non rectas *sunt qui malint* neglectas; *sed malint; dum alterum tamen norint oppidò Latinum, & aversas planè boves ductas in antrum Caci.*

Epigr. 69. Incipient omnes*) Non est mihi odiosum quod exstat in nostro quarto* Incipiunt.

Epigr. 75. Dicere legitimam*) Legebatur in Iunianis & seqq. cum interrogatione, quam delevi, nam verè erat* legitima *quae legis caussa nubebat.*

Epigr. 77. Dixit in auriculà*) Ita Palat. & quart. nec aliter citant Adagia Erasmi. editi ferè,* in auriculam. *quod alio diceretur sensu.*

Epigr. 78. Si soles *[illegible]*) Ita ferè Palat. nempe* propini. *in tertio spatium visitur vacuum eidem voci. Merula heic nobis obtrusit,* fictiles propinquae, *capitque pro obviis lactucis, quas hercle vix admiserim, neque agnoscunt Commentaria Calderini.*

Ibid. Tenendus istis*) Omninò benè, nec aliter mſ. opponiturque ei quod sequitur,*

Algentem modò qui reliquit hortum.

Lipsius noster coniecerat unctis, *quod in contextum recepit editio Argentinensis,* exemplo nimiùm periculoso.

Ibid. Condyli*) Scripsi literà maiore, ut esset nomen hominis. nam quae heic garrit Domitius, eis non ausculto. Mox etiam pro eo quod habemus,* turpiorem, *servant mſ.* tu priorem, *nec aliter legerat Calderinus. mihi haeret aqua, sive hanc admittamus lectionem sive alteram. habeo tamen quo tuear utramque.*

Epigr. 80. Si vacabis*) Quart.* vacabit; *nec admodum improbem.*

Epigr. 82. I, tibi disperdas, *&c.) Non satisfaciunt quae alii suggesserunt: nec tamen quid possum melius. suspicabar aliquando,* Dii tibi disperdes, *&c ut subticeretur pars exsecrationis. sed nec et acquiesco. quart. habet* Si tibi desperas; *quod etiam in Anglicano.*

Epigr. 84. Vestra in venire Saturnalia*) Stat mor-*

dicùs defendere iſtud, veſtra,*contra Iunij cenſuram, qui ex Anglic. ingerit* noſtra. *nam cùm Martialis Kalendas Martias dicat eſſe Saturnalia fœminarum, quia tunc munuſculis fierent ipſa honeſtiores, quemadmodum Saturnalibus viri, quomodo quæſo inferat* noſtra? *imò* veſtra.*atque hoc evicerit vel verſus prior, quo Decembrem* ſuum *vocavit.*

IANI GRVTERI

IN

EPIGRAMMATVM LIB. VI. NOTÆ.

EPigr. 1. Ad Iulium Mart.) *Secutus ſum iudicium meum hac inſcriptione, quòd inveniſſem in tert.* Ad Tullum, *& ſcirem iam antè mentionem factam* Iulij.

Ibid. Magnas Cæſaris) *Ad oram mſ. quart.* Magni. *vou malè, ſed nec noſtrum malè.*

Epigr. 5. Multis ſum prædia nummis) *Sic Palat. & quart. non quod obſedit omnes libros cuſos,* nummis ſum prædia multis.

Epigr. 10. Pudet heu pauca) *Secutus ſum mſ. Turnebi, eò magis quòd in vett. edd.* pudet & pauca, *quomodo item deprehendi in noſtro tert. & quart. id enim facile potuit depravari, ac fuiſſe prius,* pudet hei pauca: *nam veteres raro utebantur adſpiratione. Palat. ſolum habet,* pudet pauca, *vitium prodente verſu. vulgg.* pudeat pauca.

Ibid. Poſitâ mihi) *Quart.* poſitâ modò. *quomodo item producit Calderinus ad Epigr. 1. lib 7.*

Epigr. 12. Nunquid Paule peierat) *Deficit pes integer, voluntate ne Poëta an oblivione exſcriptoris, incertum. ſanè noſtri mſ. nihil præterea agnoſcunt, ut nec editio vetus. Colon. habet,* nunquid illa Paule, *quomodo etiam viſitur in noſtro tert. ſed à manu ſecundâ.*

Epigr. 13. Ore decor) *Sic quoque Palat. non* liquor, *quod placebat Turnebo, inventum in mſ. repræſentatque item tert.*

Epigr. 16.

*Epig.*16. Sic tua non) *Ita mſ. & edd. vett. nam quod invexit Iuniana*, Sed tua, *heic omnia corrumpit: nec ſatis mirar, neminem inventum qui id monuerit.*

*Epigr.*25. Eſſe decus) *Mſ.* ducis, *quod & videtur agnoviſſe Calderinus, ſi non fallunt eius Commentaria.*

*Epigr.*27. Patriâ ſignatur imagine.) *Ita Palat. & quart. quod cur non amplecterer præ vulgg.* patrij?

*Epigr.*28. Innocens pudore) *Ita diſertè Palat. neque aliter legit Domitius. edd. tamen*, integer pudore.

*Epigr.*32. Staturum ſanguine Martem) *Vigor & veritas lectionis huius eſt à Palat. hactenus omnes legimus*, Saturum iam ſanguine Martem; *quod lutum & ſtercus præ noſtro; ut etiam illud quod in veteri Iuniano*, ſaturatum. ſtare *pro* conſtare *dixit iterum lib.* 3. *Epigr.*75.

Mirari ſatis hoc quiſquam vel credere poſſit,
Quæ non ſtat, magno ſtare Luperce tibi.

*Epigr.*33. Tam miſer & futuit.) *Ita viſum Turnebo. nec aliter certè legendum: ut hoc ei ad miſeriā acceſſerit quòd peccet in ſexu ſequiore. antea edd.* Tam miſer? & futuit. *vel*, Tam miſer, & futuit? *quod ultimum habet quidem ſuam Venerem, ſed non eam quam incoarat Apelles, nam poſtrema vox reſtringitur, quemadmodum videre eſt infra Epigr.*88.*lib.*11.

Epigr. 39. Percide) *Sic iterum Palat. non* Præcide, *quod in vulgg.*

Ibid. Coreſus) *Ita edd. vett. neque ſecus mſ. niſi quòd Palat.* Choreuſus. *alij editi, aut* Coreuſus *præferunt, aut* Coreulus.

*Epigr.*41. Colla revinctus) *Quart. noſter*, tempora vinctus. *haud tamen ſequar.*

*Epigr.*42. Lavaris) *Eſt à Palat. & Anglic. editio Iunij ut & aliæ*, laveris.

Ibid. Micat ſerenum) *Quart. habet ad oram* vagat, *aut* vacat.

Ibid. Illic Taygeti) *Tranſpoſui & verſum hunc & ſequentes hortatu Palat. & quart. volente præterea ſententiâ, quæ intricata & confuſa manente poſiturâ priore, quæ iſta:*

Nullo tardius à loco recedit.
Siccos pinguis Onyx anhelat æſtus.
Illic Taygeti virent metalla,

Et certant vario decore saxa
Quæ Phryx & Libys altius cecidit,
Et flamma tenui calent Ophitæ.

Epigr. 43. Hic vestræ mihi) *Ne quis dubitet de hac lectione, norit depromtam e penu codicis Palat. visebatur item in tert. à manu primâ, in quart. à secundâ.* i. *stultè vulgati.* Hic nostræ mihi.

Epigr. 47. Misit ab antro) *Carrio monuit fuisse in membranaceo Divai,* ab Anna. *& verò noster quart. & Palat. sec. habent,* ab amne, *Brit.* ad Annam.

Epigr. 49. A cupresso) *Ita Palat. & quart. ante sine sensu alij,* in cupresso.

Epigr. 50. Amores) *Ita Palat. quod quantum antistet vulgg.* amicos, *norunt qui norunt* quid distent æra lupinis.

Ibid. Cœpit servare) *Est istud à ms. cod. Brit. nam* curare *quod ubique legitur, non esse germanum Auctoris arguit item Palat. in quo* amare. *at* servare *idem esse cum* observare *ac colere dixi aliquando in Suspicionum libris.*

Epigr. 51. Irascor licet, *&c.) Sic Palat. & quart. nam vulgati,* Irascar licet. *sed aliud conveniebat proposito Poëtæ.*

Epigr. 52. Sis licet, ut debes, Tellus) *Scripturam hanc, lector, debes Palat. cod. quam si neges bellissimam, nec tu talis es. editiones omnes, item reliqui mss.* Sis licet inde sibi tellus: *quod ne quidem cloacâ meâ digner.*

Epigr. 55. Nicerotiana) *Ita & Palat & quart. nec non Calderini Commentaria & Turnebi Adversaria; liber denique Brit. editi tamen ferè* Niceroniana, *qua nullus novi. at* Nicerotiana *quis non novit? meminit eius vocis etiam Poëta Laberius in versibus molliculis, quos nondum arbitror publicatos; certè non comparent inter Fragmenta Poetarum. sic se autem habent:*

Et quæcunque Syrus Nicerote solet,
Et quicquid croci casiæque cinnamique
Vdus cæsarie spirat delicatus Arabs,
Hoc totus vobis nunc ego ad cœnam adfero.

Descripsi ex codice Modiano, quem quartum nominare soleo.

Epigr. 58. Getici sidera pigra) *Est emendatio à Palat. nam vulgg.* Scythici sidera ferre. *nisi quod illud* Getici *item conspiciatur in ms. cod. Brit. locum autem mangonis*

passum

passum manus, inde conjiciatur quòd noster quart. praeferat, Scythici frigora ferre poli. *haud tamen praefractè damnem,* sidera ferre.

Ibid. Magnus eques) *Alij* clarus. *sed Palatinum secuti sumus.*

Epigr 59. Saeve) *Ita uterque Palat. vulgg.* saeva, *tanquam si* Baccara *faemina nomen non viri.*

Epigr 63. Munera magna tamen) *Edd.* magna quidem. *sed alterum est à Palat. & benè, ut sint quasi verba Mariani.*

Ibid. Et piscatorem) *Suspicatus sum aliquando*
Heu piscatorem piscis amare potes?
vel Sic piscatorem, *&c. etsi tamen vulgata non mala.*

Ibid. Tua fata) *Ita quatuor mss. nostri, ut & Brit. editi tamen post Calderinum* mea fata.

Epigr. 64. Finxerunt) *Ita Colinai editio & cod Brit. & quem laudat saepius Turnebus. nostri tamen scripti & olim edd.* fixerunt.

Ibid. Altius illud, Quod cum panticibus) *Auscultavi Palatino codici, utique cum non aliter etiam legendum putaret acutissimum ingenium Turnebi. vulgo est,* altius istud: Quid cum, *&c. tanquam tres versus sequentes desumti essent ex opere illius quem heic versat vexatque Martialis: quod mihi ineptum videtur, & alienum à mente Poëtae.*

Ibid. Et tacitam) *Sic noster Palat. & quart. vulgati enim* tacitus.

Epigr. 65. Solet hoc quoque Tucca licere) *Cùm haereat in quarto* licetque, *idemque invenit in codice suo Vlricus noster, id admiserim tanquam legitimum ut repetat eadem quae praecesserant versu priori.*

Epigr. 67. Nec parere) *Sic Palat. & quart.* non, *ut in vulgg.* non parere.

Epigr. 69. Bassae filia) *Est à Palat. antea erat,* Bassi, *quàm benè, alij iudicent. at egregiè alterum illud; ut in matre ejus feratur, quod non in filiâ avi florentis, quaque & amatoribus parte suâ satisfacere deberet & simul sibi.*

Epigr. 71. Sollicitata rogus) *Nescio an lectio ista verior sit vulgatâ, quae habebat,* sollicitare, *hoc scio hausisse è fonte cod. Palat. erutamque item ex Anglic. ab Iunio. neutra tamen satisfacit.*

Ibid. Telethusa) *Sic quoque Palat. & quart. vulgg.* Thelesina.

Epigr 74. Imus ille) *Benè istud explicat Turnebus. Palat. noster tamen,* unus ille, *quod haberem quomodo defenderem, si adstipularentur adhuc alia exemplaria.*

Ibid. Triphilem) *Ita quidem libri aliquot calamo exarati, nisi quod Palat. sec. eraserat aspirationem, feceratque* tripilem, *quod & Iunio venerat in mentem: sed ne id admittamus, facit versus qui syllabam requirit longam, ut fiat iambus. Palat. pr. habet* calvam similem: *sed nescio quid idem turbamenti oggerit dum utrumque* i *punctis notat.*

Ibid. Semitarius.) *Hoc revocandum diu est quòd monuerat Turnebus, & ita sanè servabant msf. mei quatuor, non* segmentatus *quod habent edd.*

*Epigr.*77. Compare mulo) *Sic restitui voluit Politianus, nec repugnat aut Palat. aut quart. msf. tamen tert. ut editio Cald.* corpore gibbo.

*Epigr.*78. Huic Eras medicus) *Medici huius nomen, quasi ex Orci cancris, resuscitavit noster Palat. alij enim,* Huic dicit medicus. *& verò* Eras *inter medicos quoque visitur in nostris Inscriptionibus, pag.* DCXXXIV. *num.* 8.

Ibid. Bibas caveto. Vinum si biberis, nihil videbis.) *Ita distinxi ductus suspicione nudâ, quòd hoc lepidum magis videretur, quàm quomodo publicabatur,* bibas caveto Vinum. si biberis, *&c.*

*Epigr.*80. Tonsilibus sertis) *Et istud suppeditavit msf. Palat. ac Mod. edd. alia,* Textilibus sertis. *quarto nostro erat ad oram* Sutilibus.

*Epigr.*82. Habet Batavam.) *Ita Anglicanus, ita noster. sed nec discrepat Palat. nisi quòd hasit ignorantiâ dictionis: expressit enim,* hébatavã. *editi ante,* habet severam, *quod tamen non fuisse suo ævo evincant Commentaria Calderini, quæ alterum illud interpretantur.*

*Epigr.*83. Vtetur toto fulmine.) *Sunt qui solicitant locum cupiuntque rescribi,* torto, *non necessariò. nam* totum fulmen *ponitur pro vehementi ac solido. sic mox Epigr.* 85. *dicit* totos iocos, *sic infra lib.* 7. *Epigr.* 26. totam frontem.

*Epigr.*85. Mihi Rufe Camoni) *Ita sanè editio Calderini, item msf. nostri tres, nisi quòd Palat. ille optimus literulâ*

ulâ minus, Rufe amoni. *illud vulgg.* Camœnis, *quod iuum ad nescio quam interpretationis absurditatem legit, heic nullo modo convenit. nam* Rufus *iste fuit familiâ* Camoniâ, *eiusque bis iterum meminit Poëta ster.*

Ibid. Præmia quinque) *Palat.* præmia quanta: *ut rte fuerit*, quarta.

Ibid. Totos Rufe) *Et hoc est à Palat. quod dignatus m contextu, quia ita quoque servaret & mſ. Anglic. & ster quartus. hactenus edebatur*, nostros Rufe, *repetitione odiosâ: mihi quidem.*

Epigr. 86. Et potet, *&c.*) *Versus iste non exstat in mſ. nostro Palat. Turnebus scribit esse in mſ. suo:* Et potet caiidam qui mihi libet: *quod habet quoque alter Palat. vulgò est*, mihi laudat: *quart. repræsentat*, modò laudat.

Epigr. 91. Non futuis.) *Ita Palat. & edd. prisca. recentes*, futues.

Epigr. 93. Psilotro viret) *Ne me quis accuset temeritatis: sic enim apertè Palat. & quart. nam edd.* nitet.

IANI GRVTERI

IN

EPIGRAMMATVM LIB. VII.

NOTÆ.

EPigr. 1. Quem timet ira comæ.) *Retraxi lectionem cod. Palat. forte Auctoris genuinam. nam illud quod antea vulgabatur*, ira Deæ, *an de Minervâ dici queat, aut adeò de ipsâ Medusâ, viderint alij: ego non arbitror. Calderini editio servat*, quo timet ira Deæ, *interpretaturque ipse*, quo Pallas irata utitur, *prorsus, si quid video in Poësi, absurdè. quòd si quis fortè putaret legendum*, quo timet ira comæ, *ei non multum refrager. & sic cod. noster quartus ad oram. prætulerim tamen, quod dedimus.*

Ibid. Invia Sarmaticis.) *Putaverim istud initium alterius Epigrammatis.*

Ibid. Sortte tua; sacrum.) *Recentiores* forte tua

 es; sa-

es; facrum: *sed syllaba illa non conspicitur in ms. aut edd. vett.*

Epigr.7. Et parens) *Legitur passim,* te parens, *sed alterum postulabat versus: itaque id reposui libris invitus, suasu tantum ed. Iunij, cui harebat ad oram, tanquam lectio varians.*

Ibid. Passarinus.) *Sic Palat. & quart. alij* Passerinus.

Epigr.8. Quæ dabit.) *Ita Anglicanus codex. meus Palat.* dabat, *quomodo hactenus cusi. minus rectè quod ad mentem Auctoris, quem acu tetigit Iunius.*

Ibid. Et tibi.) *Est à Palat. & Mod. nam edd.* Sit tibi, *aut* Sint tibi.

Epig.10. De cute quid faciant.) *Sic Palat. & quart. requirit que ratio carminis, non* faciat, *quod in vulgg.*

Ibid. Iam tibi credit.) *Reduco lectionem cod. Brit. nam distichon istud aberat meo Palat. vulgg.* credit.

Ibid. Quod pertinet.) *Ita Palat. vulgg.* quid.

Epigr.11. manuq. nostra.) *Non placet* nostra. *Palat. habet* manu sinistra. *nec illud placet.*

Epigr.13. Albescere solibus.) *Sic Palat. & quart. quod quin præferendum sit ei quod editur passim,* collibus, *arbitror dubitare tantùm qui solem vix ipso agnoscant meridie.*

Epigr.14. Quas flevit.) *Id est* delitias: *ita Palat. malè editi,* quam flevit: *neque enim ullo modo referri potest ad* columbam.

Ibid. Neque moribus.) *Placuit istud quod erat in Palat. tert. & quart. præ vulgg.* amoribus, *etsi id sanè sic satis delicatum.*

Epigr.15. Nil facient.) *Ita Palat. & quart alij,* faciunt. *pessimè.*

Epigr.16. Regule solum.) *Ita Anglic. & Palat. & quart. reliqui* tantum.

Epigr.18. Cur te) *Sic Palat. & edd. antiquiores. malè recentes,* Cum te.

Epigr.19. Tristior ira) *Sic Palat. sic quart. sic Brit. codex. vulgg.* tristior unda. *minus severè.*

Epigr.20. Cùm cucurrit.) *Ita scripsi, cùm id invenissem in Palat. & quart:* cùm currit. *illud* recurrit, *quo gloriantur edd. non arridet.*

Ibid. Et devorato.) *Pessimè isthæc antea interpungebantur.*

ut nunc omnia benè habent beneficio mſ. Palat. qui pro indevorato, *exhibet*, & devorato, *item pro* pudet, pu-*, quod ultimum & Douſa meo in mentem venerat.*

Epigr. 23. Bella tonanti.) *Ita noſter quart. fortius* quàm *vulgg.* canenti.

Epigr. 24 Lingua facis.) *Ita Palat. & edd. exoleta. munata*, facit, *nullo lepore. allo quitur enim ipſam linguam.*

Epigr. 26. Hoc facetum.) *Palat.* hæc facetum.

Epigr. 27. Splendenti cuſpide Dexter.) *Quæ inperia eos tenuere, qui heic ſubſtituere*, cuſpide culter? *m alterum disertè exſtaret in editione Calderni. neque iter Palat. noſter. optimè, eſt enim* Dexter *amici nomen, ui ei donaverat aprum, cuius mentio non ſemel facta Plio, nominatim lib.* 8. *Epiſtola.* 14.

Ibid. Madido tetri nidore.) *Aliæ edd partim* malido læti nidore, *partim* madidi læto nidore. *lectio rima eſt à Palat.*

Epigr. 28. Exige.) *Ita Palat. & Mod. placebatque Gulielmio. edd.* Excipe.

Ibid. Scire libet.) *Sic duo Palat. nec non Anglicanus. vulgati peſſimè* Scire licet.

Epigr. 29. Victoris.) *Palat. & Anglic.* Victuri. *quart. habet* Victori.

Ibid. Orbe,) *Palat.* urbe, *& reciperem pro legitimo Auctoris, niſi idem haberet* toto.

Epigr. 30. Das Parthis) *Sic mſ. noſtrorum quadriga. vulgatur tamen paſſim*, Das Cattis.

Epigr. 31. Aut rus, &c) *Ante legebatur verſu tranſpoſito:* Aut Tuſci tibi Tuſculive mittunt,
Aut rus marmore tertio notatum.
quem ordinē immutavi quod ita ſuaderet & Palat. & tert.

Epigr. 32. Ludere, cùm liceat currere, pigritia eſt.) *Ita diſtinxi longe alio ſenſu quàm præferebat interpunctio vulgata, quæ erat*, Ludere cum liceat, currere pigritia eſt. *feci autem eò fidentius, quòd mecum ſentirent Commentaria Domitij.*

Epigr. 33. Neglecto quid.) *Sic Palat. & quart. alij.* Deiecto. *non tam propriè.*

Epigr. 34. Vt quid tu.) *Locum mendoſum arguit optimus Palat. qui præfert;* Quid te tot domini. *ut fortè legendum ſit;* Quid? tu tot domini deique noſtri, *&c.*

Epigr. 35. Et nudi.) *Ita Palat. melius quàm ut hactenus editi*, Sed nudi.

Ibid. Mentula vera) *Hoc retinendum. nam* verpa *Gulielmij plus habet speciei quàm veritatis. qui enim à Martiale alibi producuntur fibulati, cùm interim essent verpi, hoc faciebant, ne penderent tributum; tanquam Iudæi. at* vera mentula *heic dicitur, quemadmodum infra:*

Difficile est vero nubere Galla viro.

Quid quòd Poëta sibi ipsi interpres lib. 11. Epigr. 76.

Omnes án tibi nos sumus spadones, *&c.*

Epigr. 37. Cùm fleret.) *Ita Palat. at alij mss:* Cùm flaret: *& ferè est ut præferam; imò disertè præfero.*

Epigr. 38. Sylla minor.) *Sic restitui, non modò quia instabat Turnebus, sed & Palat. noster & quartus. antea excudebatur,* Sylla minus.

Epigr. 40.) *Et hoc loco, & alibi sæpius ms. noster tert.* Epitaphius *exhibet.*

Ibid. Ambo nemus.) *Sic omnes ms. sic omnes edd. certè antiquiores: imitatione Vergilij:* Si duo præterea tales, *&c. recenter editi:* umbra nemus: *non ex sententiâ Auctoris.*

Ibid. Vixit Olympiadas.) *Ita Palat. & Colinæi editio ad oram. alij,* vidit, *quod falsum arbitrer.*

Ibid. Raptum tibi.) *Sic Palat. abitque alioqui a vulgato noster quart. qui exhibet à manu emendatoris,* sibi. *restat in edd.* raptum te, *quod non video ut locum suum tueatur, propter illud* tuus. *vult enim ita defletum patrem à filio ac si immaturè abreptus, non ævo decrepitus.*

Epigr. 44. Hoc præsens.) *Ita Palat. & Anglic. & quart. vulgg.* hæc.

Epigr. 46. Munera pexa.) *Qualis toga est. quales vestes sunt. Anglic. codex habebat,* munera plana: *Palat. sec.* plena. *aliquando volebam* blenna. *de quo latè Suspiciones meæ.*

Epigr. 47. Celeberrime Sura.) *Produxit hoc nomen Palat. codex, & quis ambigit, quin rectè? antea erat ineptissimè,* celeberrime, summe virorum, *scilicet docti, viri non erant.*

Epigr. 48. Trecentos.) *Ita Palat. & Anglic. editiones,* ducentas. *alter numerus rotundior est.*

Ibid.

Ibid. Habere lauti.) *Palat. noster*, cavere lauti, *quod* *uerem quomodo tueret, si accederet praeterea alterius* *exemplaris testimonium.*

Epigr. 51. Pompeium quaeras: & nosti.) *Displicet distinctio. fecerim*, Pompeium quaeras, & nosti *fit in*, Auctum, *ut vocatus fuerit* Pompeius Auctus *quem leget Vrbicum; unusque sit & idem, non duo, ut velit interpunctio vulgata; vel certè multis persuaderet sic ne voce, ipso habitu.*

Epigr. 11. Et lotam ut multum.) *Quæri poterat, an loquatur de togâ quæ ter quaterque subijt cupam*

E *fullonis,*

Ibid. Stymphalidas astris) *Quid apertius? omnes tamen edd.* undis. *quod falsissimum est, ex mente quidem Poetæ. deprehensæ enim in aëre Harpyæ non in lacu, sicuti latius ostendi in Senecæ Tragœdijs, cuius locum insignem tueor vindex interpretorque contra magnum Criticum.*

Epigr. 103. Quæ capta est alio nuda Lacæna cycno.) *Sic Palat. & quare partim mutarunt, partim transposuerunt editiones?* Quæ capta est cycno nupta Lacæna alio. *quasi non primam in* cycno *corripuerint etiam alij, illud* nuda *visebatur etiam in cod. Brit.*

Ibid. In Idam) *Ita Palat. Anglic. quart. nam edd.* in urbem *non video caussam cui ita potius.*

IANI GRVTERI

IN

EPIGRAMMATVM LIB. X.

NOTÆ.

EPigr. 1. Pagina fac tibi me quàm cupis esse brevem.) *Antea habebamus nullo lepore,* Pagina facta tibi, quam. *alterum istud largitæ nobis sunt membranæ Palatinæ, dicitq; Epigrammatarius: fac me tibi tam brevem paucarumque paginarum quàm ipsemet cupis. Ceterùm noster tert. ac quart. habent heic loco lemmatis* Ad Coronidem.

Epigr. 2. Nec sæcula præsunt.) *Habet lectio quatuor mss. & Brit. eod.* sæcula prosunt. *hac temporis angustiâ vix licet perpendere adhibitâ bilance, utra sit argutior delicatiorque; tanto quidem minus, quòd scrupulum iniiciat noster quartus, in cuius orâ comparet,* & secula prosunt; *cui scriptura sua gratia.*

Epigr. 4. Hoc lege quod possit dicere vita: Meum est.) *Nihil hâc lectione purius, quam reperi in Palat. prius tolerabamus barbarum illud* quod possis dicere iure meum est. *pus & venenum abite.*

Ibid. Legas ἄιτια) *Ita omnes ante cusi, quos quidem vidi,*

vidi, praeter edit. Argentinensem nuperam, eiusque traducem Parisinam, qua nobis iterum obtrudit, iuvat ἀπιστα *quod certè nunquam probabit Turnebo, qui videatur libro 30. capite 30. Adversariorum. & qua petulantia eorum qui versantur circa prælum typographicum?*

Epigr.5. Erret per urbem pontis exsul & clivi) *Ita fidenter scripsi, sed ad exemplar Palat. nisi quod in eo;* Esset per urbem pontis e.e.c. *antea vulgabatur:*

Pontes per urbis erret exsul & clivos;

Quæ lectio nauci non est. alterâ nihil queat excogitari ingeniosius: nihil. sed taceo, ne me iactare videar non Martialem.

Ibid. At cùm) *Sic etiam Palat. & quart. vulgg.* Et. *minus nervosè.*

Epigr.6. Latiâ culta fenestra nuru) *Non malum hoc: sed ecce controversiam ei facit Palat, in quo,* Lociâ culta fenestra manu. *an aliud quid latet maioris rei?*

Epigr.7. Fruaris) *Ita omninò legendum; non ut editio Iunij & seq.* frueris; *quibus seriò se opponunt & mss. omnes & cusi vetustius.*

Epigr.10. Qui me respiciet, dominum regemque vocabo?) *Ita quart. noster cum Palat. vulgati* Qui me respicat.

Ibid. Sellamve sequar) *Ita Palat. cum quarto & Anglic. non* sellamque, *quod restat in vulgg.*

Ibid. Nec ferre recusas) *Dicitur istud diviti. & sic erat in Palat. antea perperam legebatur* recuso.

Ibid. Et prior) *Ita quoque Palat. adstipulante quarto. vulgg.* sed.

Ibid. Dimisit) *Dextrè satis explicant Commentatores vulgatum illud* Divisit. *sed revocandum fuit nihilominus* Dimisit. *quia exstaret in Palat. in quart. in Anglic. editisque à Calderino. interpretor autem, iussit esse feriatas, inutiles reddidit: tanquam si dimitterentur tali facto, non secus quàm symbolo quodam dimittebatur aut Concio, aut Senatus. sic & noster. lib.1. Epigr.78.*

Dimisitque animam nobiliore rogo.

lib.2. Epigr.16. —— dimite Machaonas omnes.

Epigr.11. Et lotam ut multum.) *Quæri poterat, an loquatur de togâ quæ ter quaterque subijt cupam*

fullonis, an de eâ quæ toties subijt certinam tinctoris. tacent tamen Commentatores nostri, tanquam si eorum esset altorum tantummodo benè dicta coacervare & nobis obtrudere; veram crambem: non, ut ipsi arbitrantur, de cœlo lapsam ambrosiam.

Epigr. 12. Permitto libenter) *Ita omninò. neque secus omnes edd. & mss. tres. nam quod præfert Palat. pr.* dimitto, *est scilicet glossa alterius vocis. Iunius malebat* permuto. *sed fefellit eum vis vocis* permitto, *quam diduxi olim plenis tibijne an buccis in Suspp. libris.*

Ibid. Livebitque tuis pallida turba genis) *Plusquam mirum est, nemini potuisse placere hanc lectionem quæ triginta totos annos exposita fuit occupantibus ad oram editionis Iunianæ, depromta ex ms. Anglic. cùm sit argutissimæ sententiæ præ vulgato illo:*

Libabitque tuas pallida turba genas:

quod quid aliud est quàm vomitus magistellorum? alterum certè custoditur sanctè in Palat. veteri, nisi quod ibi Libebitque *antiquâ scripturâ.* Livere *autem heic invidere fortunæ alterius, quomodo rursus noster lib.* 9. *Epigr.* 23.

Albanæ livere potest pia quercus olivæ.

Epigr. 13. Non unas cingant) *An potius?* vincant. *variant certè exemplaria. Brit. servat,* tangant. *Palat. cum quarto* pingat. *& verò,* pingant, *heic pulcrè locum suum tueretur.*

Epigr. 14. Farrisve) *Ita Palat. non ut passim,* farrisque.

Ibid. Argenti venit quando selibra mihi? *Ita planè Palat. quod tamen durius visum eis qui id mutarunt in:*

Argenti quando missa selibra mihi est?

vestigia alterius scripturæ restant adhuc in nostro quarto, sed inquinata stimulune an stilis magistellorum:

Argenti quando selibra missa venit?

Epigr. 15. Ludere novit Aper) *Acquiesco interpretationi Calderinianæ, nec admitto Iunij* lædere; *itaque distinxi:*

Sed dum ludit Aper, ludere novit Aper.

Epigr. 17.

Epigr. 17. Si legit) *Ita cum quarto Palat. non* legct, *ut servant edd.*

Epigr. 18. Eheu quàm fatuæ) *Sic Palat. alij* Heu quam perfatuæ; *nisi quod edd. primæ* præfatuæ; *quod etiam exstat in nostro quarto.*

Epigr. 19. Peractæ Altum vincere tramitem) *Stupeo sanè, stupeo ad stuporem tot Criticorum qui non offenderunt hactenus ad ordinem versuum vulgatorum. legendum prorsus, si quid plus sapio quam viva fus,*

——— peractæ
Altum vincere tramitem Suburræ.
Illic Orphea, *&c.* ———

sic enim expressè Palat. pr. item secundus, sed à manu secundâ vulgata habebat, peractæ.

Illic Orphea protinus videbis
Altum vincere tramitem Suburræ Vdi, *&c.*

Ibid. Hoc, quod secula) *An licet divinare?* Hæc quod secula, *&c.*

Ibid. (tum fuerit) *Ita Palat. cum quarto. antea erat*; dum; *quod vel sequentia impugnarint ceu durum, ceu inconveniens.*

Epigr. 21. Crispe) *Ita Palat. reliqui*, Sexte. *parum referret hocne haberemus an illud, nisi præiudicio vinceret antiquitas.*

Epigr. 23. Et totos respicit annos) *Expunxi Iuniamusa* totos, *quamvis idem præferrent aliquot edd. quasi alterium millies antecederet & lepôre & sapientiâ. non aliter sanè manuscriptorum nostrorum duplex biga primitusque cusi. respexit autem Poeta ad Senecam de Brevitate vitæ cap.* 10. Hæc est pars temporis sacra ac dedicata, omnes humanos casus supergressa, extra regnum fortunæ subducta, *&c.*

Ibid. Nulla fuit) *Sic etiam Palat. sed prætulerim quod conspicitur in Anglic. cod.* Nulla subit.

Epigr. 24. Bis precor novenos) *Sic infucatus ille nec ullam expertus mangonis manum Palatinus pr. sic quart. sic Anglic. reperitque item aliàs in membranis Calderinus. perplacet ideò, ne in decrepitam nimis ætatem incidat Martialis, si retineamus illud* ter, *quod præferunt vulgg.*

Ibid. Tribus aureis) *Sic etiam nostri mss. nec me*

expedio sanè, non magis quàm Turnebus, qui adeatur. si tamen ludit in aureo *tunc ceperim* aureum *pro denarijs* XXV. *non ut alij pro* XXVIII. *ut constituerentur anni* LXXV.

Ibid. Post hæc tempora nec diem rogabo.) *Lectio falsa. nam Calderini editio*: Post hac nec horã nec diem rogabo. *liber verò eius quidam antiquus:* Post hoc nec moram nec diem rogabo. *alij tamen eiusdem Calderini:* Post hoc horam ego nec diem rogabo. *quod, etsi ipse probet, mihi fatuum est. Palat. noster optimus ostentat:* Post hunc nec hora nec diem rogabo. *nec abit sec. aut quart. in quibus*: Post hunc nec horam nec diem rogabo. *tert. habet:* Post hunc ne hora nec diem rogabo. *ut prorsus suspicer restituendum:* Post hunc Nestora nec diem rogabo. *h.e. ubi tribus illis aureis non secus ac tribus ætatibus quasi Nestor factus fuero, ne dieculam quidem ampliùs desiderârim vel voto.*

Epigr.26. Latia modò vite per urbes) *Probavi istud non solum cum ms. Iunij, sed etiam editione Calderini. nam inde vulgata lectio ineptit, illa inquam quæ habet* Latias modò rite per urbes.

Ibid. Frustra promisse Quirino) *Ita diviné Palatinus noster. alij*, promissa.

Ibid. Carmine nomen) *Non malè etiam Brit. codex* munus; *quod & à secundâ manu in quarto.*

Epigr.28. Precesque vocant.) *Sic Palat. & ms. Iunij. ante cusi*, precesque canunt.

Epigr.30. Sicut puellæ, &c.) *Ita distinximus. recens editio heic admodum turbabat.*

Ibid. Motâ salubre) *Ita rectè Palat. noster cum quarto. & sic noster supra Epigr.5.* Abigatque moto noxias aves panno. *aliæ edd.* Multa salubre.

Ibid. Sed a cubili) *Ita etiam Palat. quo admisso non erit necesse contrahere vocem*, Sed a cubiclo, *cum Iunianâ editione. nam ante impressi*, Sed a cubiculo.

Ibid. Ridet procellas tuta de suo mensa,) *Quam delicatè? sicque omninò promtum mihi è thesauro illo Palat. ante insubidè:*

Ridens procellas tuta de sua mensa
Piscina — *visitur illud* Ridet *etiam in Cald. ed.*

Ibid. Permittis?) *Nihilo deterius quod in Palat. & quarto*, permittit?

Ibid.

Ibid. O ianitores) *Ita Palat. & rectè puto. nam* vinitores, *quod est in alijs, non video quid heic faciat, ubi nulla mentio vinearum, nulla vindemiæ.*

Epigr. 31. Addixti) *Ita non modò Palat. sed etiam vett. edd. at recentes,* Addisti, *quod nullius est sensus, meo quidem sensu. reposui præterea iubente eodem Palat.* trecentis, *cùm esset in vulgg.* ducentis.

Ibid. Non est hic) *Sic Palat. alij* hoc.

Epigr. 32. Cæditiane) *Ita Palat. alij* Cæciliane. *Iunij edd.* Cæcidiane.

Ibid. Effingere posset) *Hoc etiam Palat. ceteri* possit.

Epigr. 33. Munati) *Sic tres mss. non* Numati, *quod occupat edd.*

Ibid. Consoceri) *Ita Brit. & Palat. excusi prius,* cum soceri; *nullâ sententiâ; non eâ sanè quam ego capiam.*

Epigr. 34. Cæsar Traiane) *Est à Palat. alia edd.* Princeps Traiane.

Epigr. 35. Nullam dixerit esse sanctiorem) *Palat. noster huic Phaleuco alterum præmittit:*

Nullam dixerit esse nequiorem.

quod haberem quemodo approbarem alijs, si accederet adhuc alius quis liber scriptus. Sanè Calderinus heic etiam habuit eundem illum versum, aut loco sanctiorem *legit* nequiorem. *videantur eius Commentaria.*

Ibid. Sed tecum) *Non satis isthæc intelligo. noster quart. habet,* sed secum, *quod adhuc minus intelligo. intelligerem omnia, si legeretur versu qui præcedit,* Esset doctior, *quomodò item visitur in nostrò cod. quarto.*

Ibid. Frustrà. namque) *Distinguendum post* Frustrà *sententia clamat. & sic disertè noster quart. neglexère tamen edd. cetera.*

Ibid. Nec Bacchi) *Ita Palat. cum quart: non* Non Bacchi, *sicuti passim editur.*

Epigr. 36. Toxica sæva) *Tert.* toxica plena.

Epigr. 37. Siquid ad Oceanum) *An heic & infra fortè legendum?* numquid ad Oceanum.

Ibid. Et fatuum) *Ita cum Palat. quart, antea erat* fatuam.

Ibid. Captâ marte) *Palat.* capto male.

Epigr. 41. Discidium) *Ita scribendum cum quarto ac Palat. non* Dissidium, *quod remanet in edd. aliis. nam* discidium *est* divortium, *cùm discedit à coniuge coniux.*

Epigr. 47. Et tamen pudicus) *Ita Anglic. & Palat. alii*, at tamen pudicus.

Epigr. 48. Et pilata redit) *Magnus Scaliger*, Atque pil..ta redit. *hos enim pice depilatos notum. probo, approbo. sed nihil audeo tamen mutare non adsentientibus avibus meis, membranis dico vetustis, quarum deteriores habebant*, & pileata.

Ibid. Septem sigma capit) *Ita Palat. neque aliter voluit Iunius. vulgatum tamen exinde* signa. *unde liquet non tam benè agi cum genere humano ut optima pluribus placeant.*

Ibid. Et tonsile porrum) *Ita Brit. ms. ita Palat. at vulgg.* sectile.

Ibid. Nec deest ructatrix) *Ita palam Palat. pr. nam sec. & tert.* Nec deest ruptatrix. *quart.* Nec est ruptatrix. *prodit Calderinus exstare in cod. aliquo*, Nec deest stupratrix. *Anglic. Iunii praferebat*,

Et destupratrix mentha, sed herba salax.

sed non placet tamen, quamquam ingeniosum.

Ibid. Castus in his unâ ponetur cornula mensâ) *Expressi omnibus literis scripturam Palat. nisi quòd is*, Gastus. *vulgati nuper*, Parvus onyx una, *quod in nullo ms. praterquam quarto. nam Palat. sec. & tert* Parvus in his una, *&c. nec aliter editio Cald.*

Ibid. De Prasino) *Aliquid heic subesse ulceris innuit Palat. in quo est:*

De Prasino scatoque meus conviva loquatur:

ut fortè fuerit:

De Prasino Scorpoque meus conviva loquatur.

ac non tam factiones designet aurigarum, quàm illos aurigas Imperatori caros.

Ibid. Loquatur) *Ita Palat. & duo, non* loquetur, *ut erat in nuper editt.*

Ibid. Nec facient) *Malim*, Non facient. *Palat. sec. & tert. & Calder.* faciant.

Epigr. 55, Loro cum similis iacet remisso) *Ita Palat. cum quarto, non* remissis, *quod occupavit omnes edd. etiamsi diu est quòd monuerit Modius placere sibi alterum, vel propter Petronii* lorum in aquâ,

Epigr. 56.

Epigr. 56. Cascellius) *Ita Palat. non* Cascllius, *quemodo editi.*

Ibid. Saxorum stigmata delet Heros.) *Miror in quem librum inciderit Brissonius, aut quae ei mens fuerit, cum in libro De verb. signif. nobis produceret Martialem, tanquam* stemmata saxorum *voluerit esse coronas saxis insculptas: quae ab Hesychio dicta* στίμμα στεφάνου μέ. *ceterum vix teneo manum quin rescribam* Heras. *simile profectò nomen medici redonavi publicae luci lib.* 6. *Epigr.* 78.

Epigr. 59. Mattea sola iuvat) *Sic expressè Palat. noster. & id tueat plane. nam & noster quoque eodem genere turfus utitur infra. hactenus habuimus* mattya sola iuvant.

Ibid. Non sine pane) *Mss. omnes* penne *aut* pene, *quod etiam agnoscit Calderinus, qui tamen fatetur esse codd. in quibus* pane. *quid dicemus? an* pennis *genus cibi nec vulgaris admodùm nec delicati?*

Epigr. 61. Crimine quē fati) *Ita Palat. aliae edd.* quam.

Epigr. 62. Delicatæ mensæ) *Ita omnes mss. & frustra sunt qui postulant locum coniectura Lipsiana, cum eam ipsemet enervet in iisdem Epistolicis.* chorus *enim hec omninò paedagogia delicatorum.*

Ibid. Cirrata loris horridis) *Sic Palat. duo & tert. item editio (ald. post vulgati:* Scuticaque loris, *&c. quod ego iubeo pedem eò referre unde avulit.*

Epigr. 64. Contigeris Regina meos si forte libellos) *Sic voluit Palat. non ut'd. minatur in aliis edd.*

Contigeris regina meos si Poll. libellos,

nam Regina *hec cognomen est* Pollæ, *perperamque capit pro divite Calderinus.*

Epigr. 66. Vncto polluit igne comas?) *Oggessi lectionem cod. Palat. pr. quae item in secundo ab emendatrice manu. hactenus lectum fuit* ungue, *quod quidem etiam in editione Calderini, sed Commentarii tamen alterum agnoscunt, capiuntque de* nidore culinæ, *ut & ego: ita tamen ut addam* foculum flammantem, *ideoque una &* fumum eius *&* fuliginem.

Epigr. 68. Lælia Lais eris) *Est à Palat. utroque & quarto. vulgg.* Lælia Thais erit. *perperam. neque agnoscit Cald. etiamsi sic editio cui addita eiusdem Commentaria. videantur Novantiquae Modii.*

Epigr.69. Non accipis) *Quanam est dementia retinere,* nec accipis, *cum id ne versus quidem patiatur? alterum exstat in Palat. & quart. & ad margines edit. Colinai.*

Epigr.74. Victor auferat) *Mira fuit patientia ferre tam diu illud* afferat, *cum alterum ex mſ. Brit. oſtentarit omnibus Iunius, & verò ſic quoque Palat. cum quart.*

Ibid. Pomptinas) *Ita malui cum Palat. quàm* Pontinas, *ſicuti paſſim edebatur.*

Epigr.75. Ternæve) *Ita Palat. alij* trinæve.

Ibid. Dat gratis *&c.*) *Palat. mſ. heic prodit mendum edit. proletaria, habet enim:*

Data gratis vltro iam mihi Galla nego.

an forte?

Dat gratis ultro: iam mihi Galla nega.

Epigr.77. Fecit & illa) *Ineptè hactenus circumlatum,* ille, *& contra Palat. & Anglic. & quart.*

Ibid. Quartana fuiſſes. Servari medico debuit ille ſuo) *Duo ſuſtuli impedimenta veræ lectionis fide Palat. nam vulgg.* fuiſſet, *item* illa, *utrumque malè. vult enim hunc (arum in morbis curandis non tam medicum quàm carnificem; itaque meruiſſe ut ipſum ſe diu diuque vexaret inſcitâ imperitiâ. nam* medico ſuo *ſignificare puto* ſibi ipſi.

Epigr.78. Feretur illinc) *Ita benè Palat. perperam vulgg.* illic.

Epigr.79. Conſule Torquato vici) *Ita Palat. nam vulgg.* Conſul Torquatus vici, *quod præ altero illepidum.*

Epigr.80. Gemitus imo ducit) *Ita Anglic. Iunij. prius impreſſi,* imo promit.

Ibid. Tota miſer coëmat) *Mirum iſtud à Iunio margini tantùm adlitum ex mſ. Anglic. retentumque* cœnat, *quod heic abſurdum eſt, neque habet Palat.*

Ibid. Lacrymas ridet, & intus habet) *Non diſpliceret* habet *heic notare* havet, *ſive* avet, *uti etiam volebat Gulielmius. ſed & præterea ferè animus legere,* Lacrymans ridet.

Epigr.82. Parce precor feſſo) *Eſt à quarto & Palat. alij* laſſo. *quod licet idem cum altero, at eſt religio abire à Palat. incorruptâ fide.*

Epigr. 83.

Epigr.83. Hermerotem) *Hæc est testata omnium mss. codd. consensu lectio, ideoque proposita vulgato,* Halmyrotem.

Ibid. Tonsor iam, *&c.*) *Carmen istud edeturiandum ceu spurium, quòd absit & mss. omnibus & edd. primis. hæret nihilominus macula in versu proximè præcedenti, quam sic eluam:*

Vis tu simplicius? senem fatere.

Epigr.84. Cæditiane) *Est à Palat. alij* Cæciliane.

Epigr.92. Quas pinxit) *Haud aliter Palat. reliqui* tinxit. *postea quoque scripsi,* aut hœdi, *suasu Palat. & Anglic. & nostro quarto; utique cùm illud,* & hœdi, *quod propagatum per edd. versum corrumpat.*

Ibid. Martem mearum) *Ita omninò legendum. erratumque erat Typographi* Matrem: *quod moneo, uti caveant sibi homines ab* Indice, *nec* Matrem *hoc versu quærant, sed* Martem, *etiam si Gallica editio alterum quoque receperit.*

Ibid. Hæc ecce) *Malim cum Colin. ed.* Hac ecce.

Epigr.93. Helicaonis oras) *Ita Palat. pr. & a manu secundâ sec. vulgatum,* Heliconis in oris, *adulterum est. idque clarè satis prodidit Calderinus.*

Ibid. Sed modò suta toga) *Palat. ille pr. vacuum habet loco vocum duarum postremarum. Iunij Anglic. servabat,* culta toga, *quod nescio quomodo mihi videatur melius.*

Epigr.94. Modò nata) *Ita Anglic. & noster quart. nam Palat. pr.* modo nota, *editi* mihi nata.

Epigr.96. Et repetam saturæ) *Aliquid heic latet monstri. nam Palat.* Et re tam saturæ. *Anglic.* Et repetam patriæ.

Ibid. Conturbatorque macellus) *Ita planè Palat. cum quarto, nisi quòd ultimus ille* macelli. *vulgati ferè* conturbaturque macellus. *sunt qui legendum putant* conturbatrixque macelli Mensa, *sed illi certè non satis norunt, quo fuerit stomacho Martialis.*

Epigr.97. Iam pollinctore) *Nihil muto. Palat. tamen* iam collectore, *quod alij examinabunt, an referendum ad ossium collectorem, cadavere iam cremato.*

Epigr.98. Aut citrum) *Sic Palat. alij,* Et citrum. *novissima ed. errore proculdubio Typograpi,* Et circum,

quod tamen fideliter expressum Tarisinus.

Ibid. Perdet te dolor hic) *Repesui quod erat in quarto & Palat. interpretatusque Calderinus. nam impressi,* Perder te pudor hic, *quod sane defenderem, nisi contradiceret ille Palatinus, cuius nutui non minus acquiesco, quam olim Pythagoræ sui cohors discipulorum.*

Epigr. 101. Galba vetus) *Fere est, ut heic & in Iuvenale rescribam* Gabba. *habet quidem isto versu Palat.* Galba, *sed seqq. duobus expressit* Gabbam. *fuit & huius mentio lib.* 1. *Epigr.* 41. *sed illud non exstat in Palat. nisi tribus versibus prioribus.*

Epigr. 103. Angusta mihi) *Ita Palat. non* augusta, *quod exstat in cusis & adversatur sententiæ.*

Ibid. Agri) *Varrerius emendabat* acri. *sed nescio quid hoc epitheton sibi velit: at* angusta agri *vocabitur Bilbilis, cui fere nihil additum agri, ob montem in quo ponitur.*

Ibid. Excipitis reducem) *Nunquam animum inducam, distichon illud esse gnesion. nothum sapit auribus meis.*

Epigr. 104. Secessus spatio) *Videtur haesisse in Palat.* pretio. *& vero quartus noster differre habet* pretio. *non capio, nisi & aliud quid substituatur loco* salubri.

IANI GRVTERI
IN
EPIGRAMMATVM LIB. XI.
NOTÆ.

EPigr. 1. Parthenium videre tentas.) *Longe aliter Palatinus codex, nempe;* videre certe; *ut forte distinguendum fuerit,* Parthenium videre? certe.

Ibid. Inevolutus) *Sic Palat. cum quarto, quomodo coniecerat Turnebus, exque Anglic. ms. probarat Iunius; non tamen etiam, ut debuit, inseruit textui. officis enim versui vulgatum,* irrevolutus.

Epigr. 2.

Epigr. 2. Et licet, & sub te præside Nerva libet.) *Ita restitui ex quarto nostro, cui calculum suum præbebat Palat. quod mihi politicum magis videtur, quàm id, quod ex Brit. cod. nobis oggerebat Iunius,*

Et libet, & sub te præside Nerva licet.

cui tamen id magis arridet, ut electo nostro rursum dignetur loco priore.

Epigr. 3. Prælia flare tuba?) *Deleo interrogatoriam & hac uno spiritu continuo usque ad finem: ubi ponenda notula talis! ut dicat, qualia scriberem, si ut iam rediit terris Augustus, ita mihi quoque esset Mecœnas!*

Epigr. 4. Scriptus & æterno) *Sic legendum erat ex Anglic. Iunij, malè alij* Scriptus es æterno. *Invocat enim Romanorum numina præcipua.*

Epigr 6. Veteres ingentia nomina partes) *Ita clarè Palat. & tale quid exempla universa asserunt, excepto Fabriciano, quod non planè excluderim tamen. vulgati,* patres.

Ibid. Te colet invicta pro libertate) *Id est, locum supplebis, vel adeò potior eris ipsâ Libertate. ita Palat. vulgati,* Te volet. *nec malè Lipsius,* præ libert te. *Nostrum illud tueri videtur Auctor alio loco huius lib. Epigr.* 105. Iuno fuit pro Ganymede Iovi.

Epigr. 8. Penelopæ) *Feci, ut esset dandi casus. ante editi,* Penelope.

Ibid. Diceret hystericam) *Ita lego cum ms. Palat. tanto magis, quòd idem Iunio seriò placuerit. consarcinarunt nobis nescio qui,* Dicet & histericam, *&c.*

Epigr. 9. Lassa quod hesterni) *Ita cum quarto uterque Palat. prius cuisi sensu inextricabili,* externi.

Ibid. Vltima quod curvo quæ cadit) *Recepi in contextum lectionem Palat. quamvis haud satis intellectam: nisi quòd videatur loqui de croco theatrali fistulatim expresso, & referente utcunque arcus curvos dum cadit. retrò editi non malè,* Vltima Corycio, *nisi Auctor repeteret perpetuò illud* quod, *& videretur alteri subesse nescio quid argutius: cum enim illa sparsio ad facem venit, spirat herclè quiddam naribus minimè faculentum.*

Ibid.

Ibid. Quod regelata) *Ita Palat. editioque Calderini: quod cùm etiam in Anglic. repererit Iunius explicaritque, indignor non inventos qui id dignarentur suâ sede, eiecto* relegata, *quod heic subsistit versu etiam gemente, nedum sententiâ invitâ.*

Ibid. Scire cupis nomen? si propter basia; dicam. Iurasti? nimium, &c.) *Distinctio sola est ab ingenióne an sententiâ meâ: reliqua omnia debentur auctoritati Palat. cui accesit fides quarti cod. scripti. neque aliter erat in membranis Britannicis. Sensus est, si nomen solummodò scire cupis basiorum causâ, dicam: id ipsum confirmas iuramento? ô Sabine altius aliquid iuramentum istud premit. scilicet hoc est, amore eius deperis; itaque absit dicam nomen. vulgata lectio habebat:* Scire cupis nomen, nil præter basia dicam; Iuro tibi nimium, *&c. inscitè, cariosè.*

Epigr. 14. Epitaphium Paridis Pantomimi.) *Adieci vocem ultimam è nostro tertio. eo Epitaphium sanè illustratur tanquam radio meridiani solis.*

Epigr. 16. Meus libellus) *Arridet valdè quod amabat legere Dousa noster,* meos.

Epigr. 19. Quàm Cosini folium) *Nonne istud longè evolutius, quàm quod hactenus prælatum est?* Quam costi folium. *illud* Cosmi *est à Palat. nostro.*

Ibid. Serpens habitare tota) *Ita cum quarto Palat. & vett. edd. nam pronuper cusi, nullâ umbræ gratiâ,* habitare tuta.

Epigr. 20. Diserta es) *Ita vett. etiam cusi, non modò mss. nuperi,* est, *pessimè.*

Epigr. 24. Et mihi iussa) *Ita Palat. noster. vulgg.* sed mihi.

Ibid. Sed non dabis ultrò) *Ita mss. tres. vulgg.* & non, *quod minus vehemens.*

Epigr. 25. Sic fit Cùm cœnare) *Sic Palat. antea erat vis merum,* sic est Cùm.

Ibid. Poeta non vult) *Res mira! in omnibus ferè edd. imò & mss. exstabat,* non vult Poeta. *nec correxere, qui aure sonos callent legitimos? non nasutuli isti pueri? non? sed pudet seculi.*

Epigr. 28. Orat amica gari) *Nec heic ulla, quam quidem vidi, editio abstinuit ab errato Typographi,*

amica

amica dari, *quod disertè exstat in Palat. & agnoscunt Commentaria Calderini. quin potius fuêre qui amplius corrumperent locum facto inde* dare. *O seclum insipiens & inficetum!*

Ibid. Parapside) *Sic Brit. sic Palat. non* paropside, *quomodo obtinet passim inter Grammaticos. Palat. sec. tamen eos iuvat, in quo* parobside.

Ibid. Hæc me donare) *Ita Palat. editi* hæc me dare dona.

Epigr. 29. Et percidit) *Sic rursus Palat, non* præcidit, *quod incubat vulgg*

Epigr. 30. Me murem) *Exstat & istud in Palat. meo quod diu est quod revocatum cupijt Politianus, editi omnes* me vitam.

Epigr. 32. Parpasidesque) *Sic iterùm Palat. non* Paropsidasque, *quomodo impressi.*

Epigr. 34. Dicte cessisse) *Quod habemus in vulgg. nuper & heri*, dic tu, *ineptum est. istud quod modò publicamus exstat in vett. edd. neque aliter mss.*

Epigr. 40. Non crevi) *Elegans hoc: edd. tamen vett. & mss.* crevit, *ut ad barbam referatur.*

Epigr. 43. Quei fieri) *Ita Palat. & Brit. alij* quid. *malè.*

Epigr. 44. Grandi cum Ganymede) *Sic Brit. sic Palat. quod mihi visum saporis non vulgaris, præ illo vulgato* gracili cum.

Epigr. 46. Suspicio rimæ) *Ita etiam Palat, In Anglic. tamen habemus* suspectio.

Epigr. 47. Incipit in medios) *Ita Palat. & editio Colin. malè aliæ*: Incipit & medios.

Epigr. 49. Tumulive larisve) *Sic Palat. nam edd.* tumulique larisque.

Epigr. 51. Silius Arpino tandem succurrit agello) *Longè aliter mss. quartus, nempe*: Silius optatæ succurrere censuit umbræ. *Epigramma istud non inveni in optimo Palatino.*

Epigr. 53. Massa coacta) *Ita Palat. & a manu primâ quartus, quamvis id postea mutatum in* massica cocta. *illud* massa recocta *quod habent editi priores, quo sensu dici possit, vellem proderent Commentatores. mihi enim crambem referre videtur, adeò auribus ingrata est.*

Ibid.

Ibid. Conchylia) *Si consentirentur & alia exemplaria*, Conchylia *ista ablegarem in extremum mare, substituto eius loco* colyphia, *quod habet noster Palat. nisi quòd ipse*, colaphia, *uti etiam supra lib. 7. Epigr. 67.*

Ibid. Rara vel) *Ita mss. omnes editique patrum memoriâ. sequentes*, Rura vel, *an non rusticè?*

Epigr. 54. Latiæ pectora gentis) *Sic cum quarto Palat. antea legebamus*, pectora plebis, *quod sanè feculentum. ex eo tamen aliquando conabar refingere*, pubis, *nunc desisto.*

Ibid. Quod sperat generos quodque) *Ita Palat. non*, Quot sperat generos quodque, *ut passim editur.*

Epigr. 57. Et teges & cimex) *Sic Palat. sic Anglic. sic quartus noster. versum inquinarant qui hactenus tulerunt*, atque cimex, *quod etiam offendit doctissimum Turnebum.*

Ibid. Leuconicis) *Sic nullâ literâ minus Palat. & quartus. vulgati*, Lingonicis, *quod & reprehendit Turnebus, habuimusque alioqui alterum supra Epigr. 22. item lib. 14. in lemmate Epigr. 157.*

Ibid. Purpura pexa) *Sic Palat. cum quarto, sic Turnebus, sic Anglic. vulgatum hactenus*, purpura texta.

Ibid. O quam tu cupies) *Ita Palat. vulgg.* cupias. *Brit.* O quantum cuperes. *quod placeret admodum, si loco vocis ultimæ versus sequentis aliud quid collocaretur, quod verbum esset, non nomen: & divideretur* quantum *in* quam tum.

Epigr. 58. Cum te doctè Severe vocem?) *Legendum cum interrogatione. vulgg.* quod te. *contra testimonium codd. Anglic. & Palat. item nostri quarti.*

Ibid. Exsta Iovi cruda merumque) *Pus erat & venenum, etiamsi aliàs optimi odoris, quod ante legebatur*, exsta Iovi, thura, merumque. *Alterum sustentat se fide Palat. & quarti. pensiculatèque opponuntur* cruda exsta *ambrosiæ*, merumque vitis *nectari Iuventæ.*

Epigr. 59. Tenuimque) *Sic ex suo Turnebus, neque abit Palat. placetque præ Iuniano*, centumque; *sanè præ illo, quod in edd.* tecumque: *quo nihil excogitari queat flaccidum magis. in quarto visitur*, tensumve.

Ibid.

Ibid. Puto me velle) *Lectio vitiosa, nec quicquam ex ea extrico. Palat. habet* puta. *Anglic.* nihil *pro* licet.

Epigr 60. Dactyliothecam) *Pudet neminem hactenus morem gessisse Turnebo, aut acquievisse codici Anglic. ac reposuisse* Dactyliothecam, *quod item confirmat noster Palatinus. nam* Dactylothecam, *quod obsedit libros, & versui & vocis significationi vim adfert.*

Epigr. 61. Quodque senem Peliam) *Ita Palat. neque aliter probabat suasu cod. Anglic. Iunius. imò sic quoque Calderini editio. reliquæ enim* Pylium.

Ibid. Et bona possetis) *Sic Palat. alij,* & bona velletis, *insigni tautologiâ.*

Epigr. 62. Leda fornicem cludit) *Ita Anglic. & Palat. cum quarto. editi,* lena fornicem clausit. *quod cùm videatur displicuisse etiam Iunio, miror non etiam eiecisse. nam quid heic quæso* lena? *an una tantum tota Suburrâ? an talis, quam omnes statim agnoscant insignitam epitheto illo* obscena?

Epigr. 64. Tam mutoniati) *Noster Palat. habet* mutiniati. *supra etiam lib.* 3. *Epigr.* 73. *habet idem* mutiniatis: *quod notare libuit, quia alijs prima huius producta.*

Epigr. 70. Domino fidissima Dextro) *Ita restitui volente Palat. ut sit idem ille* Afranius Dexter *quem dias in luminis oras supra restituimus. vulgati in hunc usque diem,* fidissima dextra, *satis sinistrè.*

Epigr. 71 Vende senes servos,) *Longè aliter Palat. nempe,* Vende senes servos, ignoscent, vende paternos, *cui lectioni sua quoque vis. sed aut valde hallucinor, aut aliud quid heic latet; voluitque Auctor potius etiam venderet agrum, in quo sepulcra maiorum.*

Epigr. 72. Hystericam) *Sic volebat Anglic. sic Palat. non* Hictericam, *quod occupat libros invito Iunio.*

Epigr. 74. Pipinnam) *Ita etiam Palat. aliquot tamen alij,* vepenem, *nec admodum displicet. alij* bipennem, *aut* bipenem.

Ibid. Quid precer) *Ita Brit. & Palat. alij editi,* precor.

Epigr. 77. Perdiderit) *Sic Palat. & Brit. reliquæ editiones,* Perdiderat.

Epigr. 79.

Epigr.79. Virgo paratur) *Est à Palat. & quarto nostro, nihilo deterius si non etiam melius illo, quod exstat in impressis,* virga parata est.

Ibid. Tyronem trade magistræ) *Palat.* Redde.

Epigr.80. Non est ista viæ) *Sic Palat. ante cusi:* Non est ista quidem. *otiosè.*

Epigr.81. Improbum votum est) *Et ita quoque Palat. cum quarto. antea legebatur* improbi.

Epigr.85. Nudo pectore poscet) *Ita superioris memoria edd. ita mss. nostri. Iuntana & seqq.* pascat, *fœdissimè. dicit enim Auctor Prometheum præpositurum avem illam exstivoram Antiocho tonsori.*

Ibid. Numeratis stigmata) *Sic Palat. nam quod in edd.* numerasti, *odiosum est.*

Ibid. In veteli pyctæ qualia) *Ita scribendum putavi, Hercule, ut opinor, ac Mercurio propitiis, ut intelligamus pugilis frontem designari. plane Palat. noster* pictæ. *at* pycta *seu* pyctes *pro pugili Latio cœlo haud quaquam ignorabilis, uti pluribus ostendi in Suspp. libellis. quæ heic de* pictâ fronte *Interpretes, nihili sunt.*

Epigr.86. Dum lingis. certè Zoile nunc futuis) *Est à quarto & Palat. verè, ut puto, nam quod exstat in aliis,* Dum lingis cunnum Zoile, *nimis est fœdum. & alioqui* lingere *hoc ipsum satis subindicat. deinde plus videtur esse,* nunc futuis, *quàm, quod servabant edita exemplaria,* nunc futues.

Epigr.91. Res carmine maior habetur.) *Sic præstantissimus ille Palat. unà cum quarto nostro. vulgatiores,* quod carmine maius habetur.

Epigr.92. Æolidos Canace) *Sic non modò Palat. & Anglic. & quartus, sed & olim cusi. recentiores* Æolidon Canaces.

Ibid. Ah scelus, ah facinus) *Noster quart.* Ha scelus, ha facinus, *& sic sæpè mss. alii eandem vocem exprimunt, quod heic semel monuisse suffecerit.*

Epigr.93. Dicit) *Ita Palat. cum quarto & Anglic. alii,* dixit.

Epigr.95. Quod tu mea carmina carpas, Compilas) *Vox postrema est à Palat. Anglic. & codice Pulmanni. nec sic tamen sana præstiterim quæ præcedunt. nam Palat.* quod cum carmina carpas, *uno pede debilis,*

dunt nam Palat. quod cum carmina carpas, *uno pede debilis. qui fortè suppleretur addito,* quod cùm mea carmina carpas Compilas, *&c. ut idem ille nequiverit carpere Martialem, quin uteretur vocibus eius ac sententijs. in quarto est,* qui tum mea carmina carpas. *vulgg.* quod tu mea carmina carpas, Corripias.

Epigr.96. In folium puta te) *Ita rursus Palat. nec non Anglic. & quartus, nisi quod duo postremi* folio. *vulgg.* In folio puto te. *frigidè nimis. interpretatio loci petenda ex lib.2. Epigr.70.*

Epigr.97. Barbare non debet) *Ferè legendum addita interrogatoriâ notâ,* num, *ut testetur conscientiam eius.*

Epigr.99. Pusulæve lucentes.) *Ita restaurat Palat. alij editi, ut etiam mss. nonnulli,* pustulæque, *quidam verò,* postulæve.

Ibid. Ceroto) *Ita quidem proletaria edd. nec aliter Graci, sed tamen Palat. & Brit.* cerato, *quod ferè admiserim.*

Ibid. Senive fasces) *Sic clarè Palat. pr. tert. & quart. non* levique, *ut servant impressi, nec dubitem intelligi Praturam, cui sex fasces, ut constat exemplis productis à cohorte Criticâ, quorum in gratiam adducam Egesippum lib.* 2. *cap.9.* Creta quoque centū urbibus nobilis, vberrima præferens regna, circumfusa undique mari, ex fluctibus tanquam mœnibus solita hostem repellere, unum Consularem veretur, & plurimi populi ex fascium virgulis metu inclinantur. *Poscit, meâ sententiâ, nexus argumenti, rescribatur* sex fascium. *ut velit, ne regi quidem a Consulari, sed Praturâ functo Cretenses.*

*Epigr.*100. Sic constringuntur) *Ita liber Brit. & noster quart. neque aliter Palat, nisi quòd is non geminatâ literâ,* Si constr. *vulgò erat, sine sensu,* Si constringantur.

*Epigr.*105. Tunicæque obscuraque pallia cælant) *Quid hac lectione illustrius? eam praferunt Palat. & Anglic. editiones enim,* tunicæque tegunt, obscuraque palla.

Ibid. Nulla satis nuda puella iacet) *Ita Palat. nec aliter ferè Brit. vulgg. codd.* nuda satis nulla puella patet. *quod probatur Iunio, neque improbarem ego, nisi iurassem in verba libri illius nostri antiquissimi.*

F *Ibid.*

Ibid. Laida nocte volo.) *Ita Palat. non* Thaida: *& scortum id sanè ne pilo quidem deterius altero, imò præferendum.*

Epigr. 107. Si vacas habere) *Obtrudit illud nobis ms. quart. nam Palat.* si vacas habuere. *nec s. tis tamen intelligo, nisi* habere *notat* avere. *vulgg.* si vac.bit hora. *nihil ad Dionysium veniebat in mentem,* si v. cas ab ære, *sed non satisfacit.*

Epigr. 108. Et quasi perlectum) *Donavit hoc nobis Palat. antea cusi,* perfectum, *imperfectè satis.*

IANI GRVTERI

IN

EPIGRAMMATVM LIB. XII.

NOTÆ.

PRæfat. intemperanter studemus) *Sic Palat. non* studeamus *ut editur.*

Ibid. Theatra convenuis) *Noster quart.* convictus, *haud adeo ineptè.*

Ibid. Studere se voluptates non sentiunt) *Ita emaculavi praeunte ms. quarto, in quo aliàs legebatur,* voluntates, *vulgg.* voluptatibus, *meo animo non rectè.*

Ibid. Quæ delicati reliquimus) *Est à Palat. nam impressi,* quæ delicatè reliquimus.

Ibid. Iudicis loco livor) *Sic acutè Palat. non* iudicij, *ut servant edd. promiscuè.*

Ibid. Adversus quod) *Sic Palat. Brit. & quart. alij,* quos.

Ibid. Imperavi mihi quod indulgere consueveram: & studui) *Sic nullâ literâ plus minusve Palat. neque abit Brit. quàm quòd is cum vulgatis servet* imperabo, *qui præterea habent*; cui indulgere consueveram : *&* statui

Ibid. Adventoria suâ:) *Non video quare editio Iuniana & seqq. illud,* sua, *notis incluserit hamatis, quasi supervacuum aut alienum.* sua *enim* adventoria *ea est, quæ iure meritoque debita Prisco.*

Epigr. 3.

Epigr. 3. Ibis io Romam.) *Nihil speciosius hâc lectione, quam communicavit nobis Palat. cum quart. at nihil turpius vulgato:* Ibis ni Romam: *quare id ad noctuas ablegavimus: te etiam, lector, nisi approbas.*

Ibid. Tot domus una.) *Ita tert. & admisi, quòd paulo post sequeretur,* alta, *hoc eodem carmine: neque consuésset Poëta repetere dictiones easdem, nisi aut necessitatis caussa, aut lepôris. servant tamen illud* alta *& Palat. & quart. & impressi.*

Ibid. Stella petitor.) *Olim cusi & tert. ac quart.* sititor. *ego mallem dixisse* potitor.

Epigr. 4. Tu das ingenuæ ius mihi pigritiæ. *Ita apertè quart. nec divertit Palat. quàm quòd is,* ingenuæ nisi mihi peritiæ. *edd. priores:* ingenuæ munera pigritiæ.

Epigr. 6. Macte animi quem rarus habes.) *Impressi,* habet, *non malè; sed alterum se tuetur mss. nostro. & quanto id melius sit priore, facile sentit, cui auris delicata.*

Epigr. 14. Invidiâ fati sed leviore cadant.) *Non est fortè locus perpurgatus. nam Palat. & tert.*

Invidia fatis & leviore cadant.

quart.

Invidia fatis est leviore cadunt.

Vt ut est, legendum cadant, *non* cadunt.

Epigr. 15. Et stupet superbi Regis.) *Ita Palat. primis temporibus editi,* superbas; *posterioribus,* superbus.

Ibid. Graveque luxus.) *Ita quoque mss. blanditur tamen coniectaneum Iunij,* luxus.

Ibid. Pudet at pudet.) *Sic etiam Palat. nam Brit.* pudet at piget. *divinavi aliquando,* pudet, ah, pudet fateri.

Epigr. 17. Gestatur tecum pariter, pariterque.) *Ita Palat. videturque melius quàm quod vulgatur:* Gestatur tecum sellâ pariterque. *nec enim periculum erat, ne crederemus gestari asserere nudo.*

Ibid. Nisi per niveam.) *Sic elegantissimè Palat. cum quarto. minus conspectè, minus verè, vulgg.* post niveam: *uti probavimus alibi in Suspp. nostrarum libellis.*

Ibid. Cùm sit ei pulcrè, cùm tam benè vivat apud te.) *Sic quartus cum Palat. nec multo aliter Brit. codex. nam odiosè recentius vulgati:*

Cum sic tam pulcrè, tam bellè vivat apud te.

antiquiùs verò ;

Cùm sit tam pulcrè, tam bene vivat.

Epigr. 18. Boterdum.) *Ita rursus Palat. noster. vulgg.* Botrodum. *tert. & quart.* Botordum.

Ibid. Ruptâ proxima vestis à cathedrâ.) *Sic verè Palat. vulgò erat*, è cathedrâ.

Ibid. Dispensant pueri, rogatque.) *Vulgati, alio planè sensu*, Dispensat pueris. *sed cur reijciamus Palat. codicis toties spectatam fidem? certè villici & dispensatoris munus distinxit & noster lib* 7. *Epigr.* 71. *lib.* 11. *Epigr.* 40.

Epigr. 21. Nulla nec.) *Sic omnes mss. nostri: ut duo negativa magis negent: quod dico ne facile accedamus Iunio legenti*, Nulla nec.

Ibid. Romanam deceat.) *Ita mss. nostrorum quadruplex auctoritas, non* ducat, *quod editos occupat. Sensus esse videtur, non facile orituram proximis aliquot annis, quæ tam mereatur dici Romana, quàm ipsa revera erat. Iosephus Scaliger Castigationibus ad Catullum refingebat præcedentia ad hanc formam:*

Te cito ridebit peregrinus Clodia partus, &c.

ingeniosissimè.

Epigr. 24. Non rector.) *Edd. omnes* vector. *sed alterum restat in Palat.*

Ibid. Nusquam mulio) *Sic Palat. alij interserverant* Nusquam est mulio. *at illud* mannuli tacebunt *quid sibi velit, satis nescio. quart. noster initio habuit*, tacebit.

Epigr. 26. Clamatus verna.) *Ita mss. & vetustiores cusi: recentes* clamator: *haud scio quam benè: cùm videatur velle, neminem esse ei servum, quem inclamet, lacernamque poscat tegendæ togæ. itaque fit ut legi debeat non* ablatis, *sed* adlatis, *sicut conijcit maximi iudicij vir, hoc est, Consi ac Minervæ delicium Iacobus Bongarsius.*

Ibid. Non ego malo famem, Quàm sit cœna) *Distinctio est à me, scriptura à Palat. ante editi*: non ego malo famem? Quod sit cœna mihi, &c. *nullâ subsequente interrogatione, sensu sine sensu.*

Epigr. 29. Mappam surripit.) *Legendum videtur*, surpuit. *& verò allusit Palat. in quo*, surripuit, *quod versui officit.*

Ibid.

Ibid. Mensa surripit.) *Et heic ferè legerim* surpuit: *nam & iterum Palat.* surripuit.

Ibid. Medios discingere lectos.) *Sic optimè Palat. nam Brit.* distringere. *vulgati*, distringere. *miror quid heic intellexerint alij.*

Epigr. 31. Dominæ: post septima lustra reverso.) *Redintegravi lectionem primitùs cusam, quam & confirmant ms. nam Iuniana ed. eamque secuta:* domino post septima lustra reverso.

Epigr. 32. Rufa crinibus septem) *Palat. codex heic habet,* rapta carminibus septem.

Ibid. Ibat tripes.) *Palat. & à manu primâ quartus,* Ibi tripes.

Epigr. 34. Gaudebis minus? & minus dolebis.) *Interieci interrogationem suasu viri suavissimæ eruditionis Iosia Merceri, imò suasu ipsius sententiæ.*

Epigr. 35. Percisum.) *Sic rursum Palat. non* præcisum, *quod in alijs libris.*

Epigr. 36. Memmiosque.) *Ms. quart.* Mutiosque. *idem versu seq. pro* Crispos *ingerit nobis* Priscos.

Epigr. 40. Pompiliane.) *Ita Palat. non* Pontiliane, *quod est in edd. reliquis.*

Epigr. 42. Nunquid ut & pariat?) *Sic Palat, alij,* & ut pariat.

Epigr. 43. Quales perditus audeat.) *Antea legebatur,* audiat, *algido sensu; qui nunc viget beneficio Palat.*

Epigr. 44. Lesbia cum lepido.) *Est à Palat. & quarto. vulgati,* cum tenero. *quare? an quia ita semel dixit? at ibi extenuatione opus, heic auxesi.*

Epigr. 45. Nudæ timpora.) *Sic Palat, non* tempora. *& ita discernitur significatio vocis non una.*

Epigr. 49. Concubinos.) *Hactenus fatuè,* concubinas. *alterum exstat palam in Palat.*

Epigr. 50. Daphnonas, platanonas, & aërias cyparissos.) *Illud* platanonas *est à Palat. nam vulgg.* platanos ac, *posterius tamen membrum,* aërias cyparissos, *purum non est. quippè Palat. idem habet,* eriosque pythonas.

Ibid. Et tibi centenis.) *Sic Palat. cum quarto & edit. Colinæi. alia,* Et tua.

Epigr. 51. Fabullinum.) *Ita egregiè Palat. olim enim*

cusi, Fabullum, *ruente versu*; *cui destina vice addiderunt recentiores* Fabullum, quid ; *sed præter libros & sono inamœno, scripsi præterea voce transpositâ,* homo bonus, *iubente Palat. & quarto.*

Epigr. 52. Illa virum voluit.) *Sic & Palat. at quart.*

Noluit illa virum nec repetita sequi.

quod amplexus est Modius.

Ibid. Dominam conciliabit.) *Sic Palat. etsi tamen non absurdè retrò cusi,* conciliavit. *malui tamen futurum, quia etiam præcesserat.*

Epigr. 53. Quantas civis habet paterve rarus.) *Ita planè Palat. & religio fuit non id recipere in contextum, eiecto illo subditicio* Paterne. *patrem opponit orbu, qui ditissimi ferè. sic etiam infra Epigr.* 62.

Et pater,& frugi sic tua sacra colit.

quod enim heic frugi, *hoc suprà* civis, *qui opponitur potentioribus urbis.*

Epigr. 55. Sed vendat,*&c*) *Phaleucum istum cum sequenti non est videre in Palat. & nescio sanè quid sibi velit. quartus servat,*

Sed vendat quoque nec levi rapina,

omissis intermedys.

Ibid. Basia muta) *Sic cum quarto Palat. nec aliter capit Caldertnus, placuitque admodùm Dousæ. illud* multa *quod exstat in vulgg. flocci non est.*

Ibid. Ne clusis.) *Sic Palat. alij*, Nec clusis.

Ibid. Humanè facit hoc tamen sed unū.) *Ita posui asserente Palat. & quarto, quibus aberat vocula*, est, *quæ in vulgg. sed habet insuper Palat. versum istum subditum sequenti, ut suspicari liceat aliquid adhuc occultari malæ rei.*

Epigr. 57. Nec cogitandi Sparse.) *Ita omninò præfert Palat. quomodo restituendum etiam censuerat Dousa noster, cùm reperisset in cod. Brit.* pars ē *in vulgatis est:* Nec cogitandi spatia, *&* spatium.

Ibid. Illinc paludis.) *Sic etiam Palat.*

Ibid. Falerno colle.) *Etiā sic Palat. cū quarto, non* monte, *quod hæret in alijs edd. adeantur Modij Novantiqua.*

Ibid. Latus essedo cursus.) *Quanto peius editi prius!* clausus essedo cursus. latus *istud est à Palat. & quart.*

Epigr. 60. Servire meis quod nolo Kalendis.) *Ita quart. cum Palat. nec aliter interpretatio Cald. editi tamen,*

men, servire tuis. *maiè. nam & alibi* Kalendas Martias suas *vocat.*

Ibid. Sponte tua.) *Ita Palat. & quart. & Brit. alij* tua.

Ibid. Quæ tibi si iubeat.) *Ita etiam Palat. quippe cusi omnes,* Qua tu si iub.

Epigr.61. In tauros Libyci fremunt leones.) *Hoc* fremunt *velut à deportatione revoco, instigantibus omninò Palat. & quart. vox* ruunt, *quæ insederat libris, iam vel à se ruit: adeò lauta est scriptura altera.*

Epigr.62. Nec fulmine digni.) *Sic Palat. & vehementius videtur eo quod exstabat in vulgg.* digna.

Ibid. Vtque sit his pretium.) *Non me diu versavi ut admitterem hanc lectionem cod. Palat. quòd etiam exstaret in Brit. & nostro quart. licet sic satis elegans nuper nata,* Vt sit bis pretium. *nam herculè nihil hac scriptura ad priorem: quam etiam propugnant mss. nostri alij duo & avorum avo cusi, in quibus:* Vt sit his pretium.

Epigr.63. Nec gratis.) *Sic Palat. & quart. quo admisso non opus erit admittere versu præcedenti illud* si *codicis Brit. pro* sit. *vulgo est,* Ne gratis.

Ibid. Mutuos honores.) *Vix abstinerem stylum, ne expuncto vocabulo ultimo reponeretur,* dolores, *quod est in Palat. nisi haberem in mente illud Metelli apud Agellium:* Quanto probi iniuriam facilius accipiunt, quàm alteri tradunt: tanto ille vobis quàm mihi peiorem honorem habuit.

Epigr.65. Pondus aere lanarum.) *Sic Brit. sic mss. nostri quatt. sic editiones tempore primæ. Iuvenculæ ista,* pondus ære lanarum, *quod non intelligo; scire tamen averem quomodo intelligant alij, qui id tam patientibus tolerant oculis.*

Epigr.70. Daret enterocelicus unctor.) *Vel auro redimenda lectio: quam ultrò largitus est Palat. noster. Auctoris germanam docebunt Commentaria Calderini, quæ si excussissent alij, non tam ridiculos se praberent in defendendis explicandisque nescio quibus scripturis ineptis. hactenus editum* donaret Opilicus unctor.

Ibid. Biberet qui modò.) *Fortè,* si modò, *aut,* quod modò.

Ibid. A sene sed postquam patruo venere trecenta.) *Potior hac certè quàm vulgatior lectio:* A sene sed-post

quam nummi venere trecenti : *et si tamen nondum præstiterim alteram merè genuinam. nam Palat. literâ minus habet*, Sene sed, *omisso* A.

Ibid. O quantum diatreta) *Sic benè Brit. neque aliter ferè Palat. quàm quòd is* diatrita. *nam sec.* diaterca. *tert* diathreta. *quart.* diatheca. *quod etiam in vulgatis, meo animo, Poëta nolente.* calicis diatreti *mentio in l.* 27. *ar. ad Legem Aquiliam :* diatretariorum *in l.* 1. *Cod. de excus. artific. lib.* 10.

Epigr. 74. Portet crystalla cataplus.) *Ita mss. universi, ita vetustiùs cusi, quod malè feriati pronuper mutarunt in* catastus, *secuti putidam Merulæ auctoritatem, quam ego præ industriâ Calderini despuo.*

Ibid. Sed gemmis vilibus usus.) *Ita ferè. Palat. non malè. meliusque fortè legeretur*, sed geminus vilibus usus. *Planè Palat. ille repræsentat*, geminis. *editi habent*, sed gemmis utilis usus. *parum argutè.*

Epigr. 77. Riserunt homines. sed.) *Redonavi istud lari suo familiari, expulsô, ceu malæ fidei possessore*, comites, *quod huc usque regnavit in edd. tum quòd considerate opponerentur homines Deus; tum quòd ita servarent & Palat. & quart.*

Ibid. Sellas ante petit.) *Ita legendum vel asinus senserit.* Indicis *tamen fabricator obtrusit nobis* perit, *Iuniana scilicet ed. vitium Typographicum.*

Epigr. 81. Nunc misit.) *Sic Palat. alij*, mittit.

Epigr. 82. Effugere in thermis.) *Mutarunt hanc omnium mss. lectionem novitij in* Effugere è thermis : *falsò & ineptè. nam Menogenes istud negotium omne exercebat in ipsis thermis.*

Ibid. Imputet acceptas.) *Ita Palat. & quart. vulgati*, exceptas.

Ibid. Laxum.) *Sic Palat. & Brit. non* lapsum, *quod invasit libros cusos.*

Ibid. Propin de fæce.) *Hæc est scriptura mss. trium, nisi quòd Palat. sec. eam transformatam habeat à manu emendatrice in* tropin, *quomodo passim vulgatur.*

Ibid. Colliget usque.) *Palat.* ille, *quart.* ipse, *quod ultimum ferè placet.*

Epigr. 87. Perdidisse se questus.) *Iunij editio & traduces eius syllabâ minus habent*, perdidisse questus.

ſtus. *at quid tunc fiet legi carminis?*

*Epigr.*88. Scio non ego.) *Ita quidem etiam Palat. noster, sed haud adſperner,* non nego, *quod restat in aliis codd. ſcriptis editioneq; Colinei.*

*Epigr.*90. Sed clarè votum.) *Ineptiebat antea editis omnis, in quâ* ſed caro votum. *nostra lectio stat auctoritate optimi Palat.*

Ibid. Non iret miſſus.) *Ita Palat. ſed vix ei acquieverim. melior tamen eſt ſcriptura vulgatorum impreſſorum,* non eſſet miſſus.

*Epigr.*94. Ambitioſe nova.) *Ita Palat. & Brit. & quart. non,* ambitione, *quod viſitur in vulgg. nec tamen heic convenit.*

*Epigr.*98. Veſtras Inſtantius.) *Ita Palat. noſter. aliij* noſtras Inſtantius. *ultima quoque editiones ineptè literâ minore,* noſtras inſtantius, *tanquam ſi nomen non eſſet.*

IANI GRVTERI

IN

XENIORVM LIBRVM NOTÆ.

EPigr.1. Æthereæ Germanicus imperet aulæ.) *Ita prorſus Palatinus, & Bongarſianus codex; neque adulatio iſta dedecet aut Martialē aut Domitianū. vulgati habebant,* æthereâ aulâ, *ſenſu quem non aſſequor.*

*Epigr.*17. Nos Amiternus.) *Sic mſ. & olim impreſſi. recentiores* Hos Am.

*Epigr.*22. Hinc abſiſte viator.) *Ita aliàs legitur in Palat. & præpoſuerim ei, quod vulgò legimus,* hinc diſcede.

*Epigr.*23. Poma damus.) *Sic Palat. non* dabis, *ut eſt in edd.*

*Epigr.*25. Tortâ condita mentâ.) *Palat.* coctâ. *Beroaldus legit* tortâ condita metâ.

Ibid. Ficus erant.) *Ita Palat. non* erat, *quod viſitur in vulgatis.*

*Epigr.*29. Bibit, ille sapit.) *Sic Palat. & ora ed. Colinæi. editi reliqui*, ipse.

*Epigr.*36. Det pœnas.) *Ita Palat. alij*, Dat, *minùs commodè.*

*Epigr.*43. Fueramus Persica ramis.) *Sic Palat. & mſ. Bong. non* fueramus præcoqua, *ut exſtat in omnibus vulgg.*

*Epigr.*47. Tenero quæ vertice.) *Hactenus fuit in libris noſtris*, tenero de vertice, *nullâ venuſtate, quæ patet ex ſcripturâ alterâ cod. Bong. ac Palat.*

*Epigr.*48. De turdis facta corona.) *Vir ſummus hæc capit de turdis ita ordine in patinâ diſpoſitis, ut circularem efficiant figuram: ego acceperim de ramo in orbem flexo à quo pendeant turdi. favet huic meæ interpretationi ipſemet Auctor ſupra lib.* 3. *Epigr.* 47.

Illic coronam pinguibus gravem turdis.
nam in rhedâ rectè ferri non poterat.

*Epigr.*53. Magis capiat.) *Ita Palat. & Brit. alij* capiet.

*Epigr.*57. Monſtravit tacitas.) *Ambigo an non æquè valeat lectio mſ. Palat.* Monſtrabit.

*Epigr.*62. Perdix rariſſima.) *Sic Palat. non* avis hæc rariſſima, *ut ſervant vulgg.*

Ibid. Cordere ſæpe ſoles.) *Sic Palat. aliter quàm cuſi, qui mandere habent. haud ſic tamen producitur veritas, nam Bong. membrana*, Hanc in piſcinâ ludere.

*Epigr.*63. Periuro dente columbas.) *Infeeté prius legebatur* præduro. *nunc gratia ſit Palat. cuius veluti ex adytis iſthac prodita ſcriptura, quam confirmat diſertè liber calamo exaratus, quem contulit Bong.*

*Epigr.*65. Galbula decipitur.) *Palat.* Galbina. *Bong.* Galpina.

*Epigr.*66. Hæc domino mittere.) *Palat. & tert.* dominæ

*Epigr.*73. Ruſtica ſum perdix. quid refert) *Palat. noſter verbo amplius & aliâ ſcripturâ:* Ruſtica ſi maneat perdix, quid refert. *fortè*; Ruſtica ſim perdix. *ſed enim magis acquieſco illi Cuiaciano*; Ruſtica ſim an perdix, quid refert; *quemodo fuerat in Bong. codice.*

*Epigr.*75. Et nomen Praſini.) *Lipſius divinat*, Praſinus Purpureonis, *non neceſſariò: dummodò legatur verſus primus adiectâ interrogatione:*

Nomen

Nomen habet magni volucris tã parva Gigantis?
Et nomen Prasini Purpureonis habet.

quid ni inquit habeat? cùm praeterea etiam habeat nomen Purpureonis Prasini, tunc tam superbi & eminentis in delicijs positi.

*Epigr.*80. Hinc Scyllæ.) *Sic Palat. & tert. vulgati* squillæ.

*Epigr.*82. Niliaci raperis Coracine macelli.) *Sic Brit. & Palat. antea erat,* Niliacis macellis.

*Epigr.*89. Si quid me iudice certum est.) *Praestat hoc longè vulgatius, qui,* si quis me iudice certet, *ineptè, propugnantque alterũ codd. Bong. Brit. & Palat. ille optimus.*

Ibid. Mattea prima lepus.) *Sic quoque Palat. & Bong. nec dissentit Anglic. in quo* mattya. *antea sordidè legebatur* gloria prima.

*Epigr.*92. Quod mihi morte.) *Ita Palat. ambo & tert. nec nõ olim cusi. nam posteriores* qui mihi. *ego malim* quot mihi, *quodmodò postea offendi annotatum ad oram Bong.*

*Epigr.*97. Despicit illa canes.) *Quid expressius hac lectione, etiamsi eam Apellea delineasset manus? sicque clarè Palat. noster. at vulgg.* decipit. *quid pote insulsius?*

*Epigr.*99. Garum sociorum.) *Talis item titulus in altero Palat. & vett. edd. non* Garum scombrorum, *quod substi tuêre recentiores.*

Ibid. Accipe fastosum.) *Sic ex Anglic. exemplari legi volebat Iunius, neque aliter Palatinus.* fæcosum, *quod extat in edd. alijs, facosum est.*

*Epigr.*109. Pendula Pomptinos.) *Ita pingitur in Brit. in Bong. in Palat. non* Pontinos, *quomodo passim publicatur.*

*Epigr.*110. Expressit mulsum.) *Imò* mustum, *ut habent membrana quas contulit Bong.*

*Epigr.*111. Septima vitis ero.) *Palat.* septima lautis ero.

*Epigr.*113. Ne nimium sitias, sit tibi parca sitis.) *Acutissimè dictum, & paradoxo simile. neque aliter legitur in omnibus mss. meis aut impressis avorum memoriã, postea vulgati:* Ne nimium sistant: *illepidè.*

*Epigr.*118. Marsica Peligni mittũt.) *Sic legedũ asseverat Palat. & Brit. absurde enim ante cusi,* Massica Peligni. Marsica *enim vina nullius pretij,* Massicis *nihil pretiosius.*

*Epigr.*121.

Epigr. 121. Non ponit turbæ: cum tribus illa bibit.) *Fere reduxeram quod erat in Palat.*

Non potuit turbæ, cùm tribus illa bibit.

inhibui me tamen, ne nimis tribuere viderer unico mſ. tunc ubi & alteræ lectioni ſenſus tolerabilis. ei tamen confirmandæ fuiſſet illud ſupra Epigr. 42.

Si Libyæ nobis volucres & Phaſidos eſſent,
Acciperes: at nunc accipe cortis aves.

Epigr. 124. Quondam veris erat.) *Ita rectè Palat. ut referatur ad* roſam. *malè editi prius*, erant.

IANI GRVTERI
IN
APOPHORETORVM LIBRVM
NOTÆ.

EPigr.*. Tam prope verna.) *Eſt à Palat. noſtro, cui accedit Bongarſianus. alij* iam prope. *minus aptè.*

Ibid. Troiamve) *Sic iterùm Bong. & Palat. non ut editur*, Troiamque.

Epigr. 3. Pugillares eborei.) *Sic edd. vett. item Palat. ſec. & tert. nam Palat. pr. nulla exhibet lemmata. nuper publicati*, eburnei.

Epigr 7. Quod minimos cernis) *Ita Palatinus noſter. optimè. nam Vitellianos minores eſſe, oſtendit titulus ſequentis Epigrammatis. vulgati* nummos, *quod non intelligo, neque inveni qui intelligeret.*

Epigr. 8. Quæ putas puella.) *Acutè, nec tamen ineptè mſ. Bong.* quòd putes, puſilla.

Epigr. 10. Loculi eborei.) *Sic iterum mſ. & olim cuſi, non* eburnei.

Ibid. De flavâ.) *Ita mſ. noſtri & Bong. probaveratque item ex Brit. cod. Iunius. vulgg.* de fulvâ. *ineptè. nam illud* flavâ *alludit praterea ad nomen Imperatoris* Flavium.

Epigr. 14. Quæ ſcit compoſitos) *Sic excellenter Palat. noſter. omnes edd.* Quærit comp. *peſſimè.*

Epigr. 16.

Epigr. 16. Et non damnosa videntur.) *Rectè, nec aliter Palat. ante impressi*, videtur.

Epigr. 22. Splendida ne madidi violent.) *Sic editt. priscæ, & Bong. ms. & Palat. sec. etiam primus, nisi quod ipse*, madidis. *vulgg.* Tænia ne madidos, *&c. satis putidè.*

Ibid. Figat acus sparsas.) *Est à coniecturâ meâ, cùm suggessisset Palat.* spartas. *vulgabatur*, tortas, *quod spurcum nimis.*

Epigr. 27. Gausapa.) Causia *legit ex vet. cod. Beroaldus, neque aliter erat in Commentariis Calderini aut Palat. sec.* Gausapa, *quomodo præferunt vulgati, non displicet, ut lacernam innuat, aut panulam, aliamve vestem frigori resistentem sive etiam pluviæ. nam* tectus *non propriè dicitur, cui caput modò tectum.*

Ibid. Tectus spectabo.) *Lectio spuria. nam apertè Palat.* te cum spectabo: *& placeret, si tantum expedirem me versu altero. pro eo enim quod habemus*, Nam ventus, *idem liber exhibet* Mandatus.

Epigr. 29. Si deiecta gemes.) *Palat. quidem & Cald. editio* Si delecta geres: *sed tamen nescio quomodo magis placet* deiecta, *præsertim si ut posui legamus cum ms. Bong. & Anglic.* gemes. *sensus est: si excusserit tibi venabulum aper, supplebit vicem venabuli culter.*

Epigr. 30. Et grati nomen honoris.) *Noster Palat.* gratique erit omen honoris. *Bong.* gratis omen. *utrumque melius vulgato.*

Epigr. 31. Curvâ venâ) *Ita scripsi secutus mearum aurium iudicium, & Palat. qui tamen servat;* curva signat brevi sorbit harena. *vulgg.* curvis venis.

Epigr. 38. Totas tenebras) *Sic Palat. melius quàm quod erat prius* Tutas. *quod ne quidem agnovit Domitius.*

Epigr. 49. Pergamon has.) *Sic manifestè Palat. non* Pergamus, *quodmodo vulgg. cur respuerem? cùm etiam bis ter occurrerit in Senecâ tragœdo terminatione tali.*

Ibid. Destringere.) *Sic Brit. & Palat. vulgò* distringere.

Epigr. 56. Græcus es? aphronitrum.) *Ita quidem & hac & illa versus prioris distinxi. scriptura tamen omnis se tuetur maiestate codicis Palat. nec non conspiratione codd. olim cusorum. nam qui deinde provenerunt, suo more, ridiculè:* dicor & aphronitrum.

Epigr. 57.

Epigr. 57. Delitias Cosmi.) *Impugnat istud* Cosmi *Calderinus, ac defendit* Delitias Nili, *quomodo passim editur. sed cùm alterum restet in mss. meis tribus, id fidenter iterùm reduxi in sedem suam, defendamque, siquis ei litem moverit, bonâ prorsus fide.*

Epigr. 61. Quid me compactam.) *Ita Palat. & aliquot editiones medij ævi. primi namque & recentiores*, compactum.

Ibid. Quæ primum structa est.) *Sic Palat. non* exstructa, *ut habent proletariæ edd.*

Epigr. 63. Pes erit ipse.) *Non satis hæc assequor, sed sic tamen Bong. membranæ; neque abludit Palat. noster, qui habet* proserit. *vulgatur* proderit ipse. *quod etiam quid velit, quid non velit, iuxtà scio cum ignarissimis.*

Epigr. 67. Ipsa licet rodas.) *Acutè. nec secus Palat. & vett. edd. malè neotericæ* Ipse.

Epigr. 75. Lesbia plorabas.) *Est à Palat. nam edd.* plorabat. *non malè, nisi Auctor fugeret syllabam brevem tali loco.*

Epigr. 76. Paccius.) *Sic Palat. non* Pactius. *sed & tert.* Parcius.

Epigr. 79. Et tristi.) *Ita Palat. non* tetrico, *quod in vulg g.*

Epigr. 80. Otia sed scopis.) *Sic triga mss. nostrorum: nec moror Calderinum, qui vulgatum*, Sed pretium scopis, *mordicùs tuetur, alterumque exsibilat.*

Epigr 85. Scriptum testudine sigma.) *Ita legendum cum doctissimis viris non* signum, *quod occupat libros. nam & alioquin habet Palat.* ligna, *propius ad verum quàm alterum illud,* signum.

Epigr. 92. Nos sumus audacis.) *Ita restitui ex Bong. schedis & vett. edd. schedæ inquam eius* Nos, *vett. edd.* audacis. *certè illud* Non, *quod hactenus heic nobis sese ostentavit, nauci non est, repugnatque lemmati: quod primum produxit Musa Turnebi, repræsentatque item ms. Bong.*

Epigr. 95. Parvo Chrysendeta mullo.) *Sic apertè uterque Palat. quemadmodum coniecerat Iunius. editi stultè,* mulio.

Epigr. 103. Frigida non desit.) *Palat.* non deerit.

Epigr. 104. Panda.) *Palat.* laxa.

Epigr. 105.

Epigr. 105. Nos Satyri.) *Sic Palat. vulgg.* Satyrus.

Epigr. 108. Ampulla potoria.) *Mſ. tert. addit* ſeu parcaria.

Epigr. 109. Franges Cryſtallina) *Sic malui cum Palat. quàm quod editur paſsim*, frangis.

Epigr. 111. Melior fit ſapor) *Ita Palat. & olim edd. nuper*, ſit.

Epigr. 115. Aquam potare rigentem De nive.) *Ita ſine ullâ interpunctione vetuſtior editio. vult enim extra fuiſſe nivem quæ rigorem ſuum trans vitrum mitteret.*

Epigr. 123. Tibi rumpere.) *Melius Palat. & Bong.* perdere.

Epigr. 124. Pro lenâ mittimus.) *Sic Bong. & Palat. non* togulâ, *quo infectæ omnes edd.*

Epigr. 128 Nunquam ſcortea.) *Eſt à Brit. cod. & Palat. vulgati*, nuſquam.

Epigr. 129. Quid coccina.) *Sic Palat. non* quî coccina.

Epigr. 132. Quod cupiat.) *Ita Palat. duo, & edd. vett. melius, puto, quàm quod exinde cuſi*, capiat.

Epigr. 133. Hoc opus eſt pictis) *Sic egregius Palat. ante impreſſi ineptè :* Hic opus, *&c.*

Epigr. 135 Amphitheatrali nos commendamus ab uſu.) *Sic quoque Palat. antea*,

Amphitheatrales nos commendamur ad uſus.

Ibid. Algentes noſtra lacerna.) *Neſcio an non benè etiam Palat.* albentes alba lacerna. *ſic profectò etiam liber Bong. ne uno teſte niti videar.*

Epigr. 136. Tegunt tibi.) *Ita Brit. & Palat. vulgg.* tegant tibi.

Ibid. Circulus eſſe potes.) *Sic melius Palat. quàm ſicuti edd.* poteſt.

Epigr. 141. Vellera cùm ſumant.) *Ferè amplectar, quod eſt in Palat.* Vellera conſumunt.

Epigr. 144. Tinge caput Coſmi folio.) *Et iſtud repoſui ex Palat. editi enim :* Tinge caput nardi folio.

Epigr. 147. Mammoſam metuo.) *Ita ferè Palat. nempè*, Mammoſa metuo. *vulgg.* Mammoſas.

Epigr. 150. Noti Catulli.) *Sic Palat. non* docti, *quod eſt in vulgg.*

Epigr. 155.

Epigr. 155. Pullo lugentes vellere.) *Ita rectè editi: sed nec* lucentes *prorsus inelegans, quod in Palat. haud tamen quicquam mutaverim, gnarus* g *&* c *in libris mutuas præstare operas.*

Epigr. 157. Tomentum Leuconicum.) *Sic benè Brit. codex. alij* Lingonicum.

Ibid. Vellera Leuconicis.) *Ita & Brit. & Palat. malè vulgg.* Lingonicis.

Epigr. 158. Leuconico stramina.) *Sic iterùm Palat. & Brit. non* Lingonico, *quod triumphantis habitu tot secula vixit in vulgg.*

Epigr. 160. Fragilis tibi culcita.) *Sic Palat. alij* cusi, facilis.

Epigr. 164. Sæpe est electa theatro.) *Suspicer scribendum* eiecta; *ut velit contemtam & pastoritiâ veluti fistulâ exceptam; nec aliter postea reperi in codice Bong.*

Epigr. 165. Exorent.) *Sic Palat. noster, non* Exornent, *ut est in vulgg. & verò haud aliter ferè Poëta lib.* 1. *Epigr.* 6.

Nunc sua Cæsareos exorat præda leones.

ut dubitari aliquis fortasse nolit quin, insititiâ voce eiectâ, receperim veram civem.

Epigr. 173. Accepit.) *Palat.* Exigit. *an non* Exegit?

Epigr. 174. Ora puer.) *Sic Palat. & Aldi editio, non* Pater, *ut est in edd. cui tamen sua esse possit gratia. sum tamen propensior in priorem.*

Epigr. 181. Et frontem nugis.) *Ita etiam ms. nostri. Iunij tamen* nodis. *non benè. peius tamen harum artium vir primarius, qui deceptus errore oculorum illud* nugis *mutavit in* forijs; *tanquam si eius loco Britannicus codex servaret* forris; *quod secus erat. nam* forris *notatum ad oram editionis Iunianæ respicit vocabulum* terris, *quod habemus disticho præcedenti.*

Epigr. 183. Ne nucibus positis Arma Virumque legas.) *Ita divinavi, sed postquam sic satis dormijssem in fano Bibliothecæ Palatinæ, cuius exemplar ms. unâ tantum literâ abibat;* Ne nugibus positis; *& verò illud* nucibus *deinde quoque offendi in ms. Bong. ut nemini dubium esse debeat, spurium esse quod hactenus circumtulère magistelli nostri:* Ne nugis positis arma virumque legas: *frustraque ideò*

que ideo esse qui coniiciunt, Ne nugis positis *&c. Sapienter enim monet, non statim pueris prorumpendum ad Vergilii Æneida; prius ediscendum Culicem, &c.*

Epigr. 184. Ipsius vultus.) *Bong. cod. non malè:* Ipsius & vultus.

Epigr. 187. Carmen iuuenale.) *Ita etiam Bong. & Palat. non iuuenile, vt passim editur. & cur non feratur, imò præferatur?*

Epigr. 194. Calui, de Aquæ frigidæ vsu.) *Sic reposui, secutus ceu oraculum aut folia Sibyllæ schedas Bong. Frigidè & plusquam frigidè legebatur antè:* Calda & frigida aqua.

Ibid. Hæc tibi quæ fuerint.) *Nihil istis contaminatius. Palat. seruat:*

Hæc tibi quæ fronte sed quarũ nomina dicit,
Visa suis melius carta notauit aquis.

vnde facilè fieret:

Hæc tibi quæ fontes & aquarũ nomina dicit,
Ipsa suis melius carta natabit aquis.

& verò Bong. liber disertè habuit, fontes & aquarum: *sed sic nondum omnia perpurgantur.*

Epig. 211. Pumilionis erit.) *Sic olim cusi, & mss. vnus & alter. vulgati*, erat. *nam Palat. ille:* Pumilionis habes.

Epig. 215. Dic quotus & quanti.) *Ita Brit. & Bong. & Palat. non vt vulgò:* Dic quotus es, quanti, *&c.*

Epig. 216. Callida.) *Sic Palat. & margo edit. Colinæi, non* Pallida, *vt in aliis.*

Epig: 217. Cor bubulum.) *Ita etiam non modò liber Turnebi & Gulielmii, sed item Palat. noster secundus. Lipsius maluit quod in aliis hæret,* Corculum.

Ibid. Quod habes.) *Sic planè mss. nostri tres. Lipsius emendabat,* quod abest.

Epigr. 218. Seruire palatum Nolo: cocus *&c.*) *De sepulcreto educendam putaui hanc scripturam Palatini exemplaris, eâ demeriturus vel Apicii gulam. Vulgabatur prius:*

——seruire palato:
Namque cocus domini d. h. g.

quæ hercle culinam ſapiunt, imò lauatrinam. Alterum illud ſe tuetur illo Epig. 11, lib. 6.

Non minùs ingenua eſt & mihi Marce gula.

&c. Nec quis erit melioris literaturæ quin agnoſcat veluti Martialis geminam germanam.

Epig. 219. Rara tibi) *Sic quoque Palat. non* Parua, *quod eſt in edd.*

Epig. 221. Ientacula) *Palat. pr.* Iantacula; *quod libuit annotare, vt confirmarem coniectaneum Merceri ſuprà* [ad Epig. 67. lib. 8.] *poſitum. Bongarſ. tamen mſ. heic præfert* Adipata.

IANI GRVTERI

IN MARTIALEM NOTARVM

FINIS.

COM-

COMMISSA ET OMISSA IN NOTIS IANI GRVTERI AD MARTIALEM.

PAG. 3. lin. 13. *haud id tamen ausi recipere,* repone: *ausus recipere.*

Ibid. l. 23. interpunctio sic concipienda: *etsi diuersis temporibus, imputata nunc Tito, nunc Domitiano, nunc Traiano; selecta deinde & coacta in vnum volumen.*

Pag. 5. lin. 19. post particulam IN punctũ pone.

Pag. 6. lin. 13. *Epig.* 11. scribe *Epig.* 10.

Pag. 8. lin. 32. *Epig.* 50. corrig. *Ibid.*

Pag. 12. lin. 26. *Dedi scripturam antiqq. edd. & mss. tertii ac quarti. editus à Iunio liber* &c. Sic interpungendus iste locus.

Pag. 15. lin. penult. *tametsi respuerent vulgg.*

Pag. 16. lin. 17. *Epig.* 41. Manúmve Crispus) *Ita Palat. &c.* Deleatur hæc Nota. Imposuit mihi amici manus. cùm enim adscripsisset ad oram Martialis mei, extare istud in Palat. secutus eius fidem, expunxi lectionem hactenus receptam. Verùm vt iam meis oculis credo, reperi planè in Palatino illo, & meo quarto, *Priscus.* Itaque redonetur auctori suo.

Sic & mox pag. 17. lib. 25. *Epig.* 52. decepit me eiusdem amici scriptura: quippe in Palatino illo primo non extat *Nouit loturas*, sed *loturos*; quod sic quoque non displicet.

Pag. 18. lin. 21. *vt videatur distinguendum.*

Pag. 19. lin. 22. Scribe, *Hunc primi quæres.*

Pag. 20. lin. 9. leg. *circa cæsuram istam perpetuò v. A.* insertâ voculâ.

Ibid. lin. 12. *nostrum tres*, restitue, *nostri tres.*

Ibid. lin. 16. pro *Epig.* 21. scribe *Ibid.*

Ibid. lin. 21. lege: *adstipulatur vtcunque alteri scripto noster quart.*

Pag. 22. lin. 23. *leg. quæ vult iſtud : Quinctum ſibi comparaſſe.* Ita omnino legendum.

Pag. 25. lin. 4. lege:*malè affecta membra.*

Pag. 26. lin. 6. *veſtes ſudore ebrias.* repone, *calceos ſudore ebrios.*

Pag. 27. lib. 27. poſt illa verba, *quod quâ ratione tuear, non facilè inuenio*; exciderunt iſthæc ſequentia: *niſi ſumamus pro conſecratis. non malè quidem, niſi idipſum ſuprà bis ter inculcaſſet, quaſi ad nauſeam vſque. at,* &c.

Pag. 28. lin. 11. pro *Epig.* 59. repone *Epig.* 53.

Pag. 32. lin. 30. pro *Epig.* 25. ſcribe *Epig.* 24.

Pag. 33. lin. 21. leg. *De Patrenſibus.*

Pag. 34. lin. 30. *Ibid. Res nullas Criſpulus.)* Scribe, *Epig.* 61. *Res nullas C.*

Pag. 35. lin. 6. à fine *Epig.* 82. *I, tibi diſpereas.*

Pag. 36. lin. 6. *verſus præcedens.*

Ibid. lin. 24. ſcribendum, *pudet ei pauca.*

Pag. 37. lin. 5. à fine, *quæ intricata & confuſa erat, manente.*

Pag. 38. lin. penult. lege interiectis tribus voculis, quas typographi prætermiſerunt: *nam vulgg. nihil iuuant. manuſcripti*, Scythici *&c.* Adde præterea in fine huius Notæ: *Conferatur iſtud Epig. cum lib. 9. epig. 46.*

Pag. 41. lin. 25. *cod. Palatini, & fortè A. g.*

Pag. 42. lin. 10. *quam acu tetigit Iunius.*

Ibid. lin. 16. *vulgg.* credet. *(lat.*

Ibid. lin. 27. ſcribe, *Placuit iſtud, quia erat in Pa-*

Pag. 44. lin. 13. *Sylla minor)* Verum erat, (etiam in ipſo contextu ſic emendandum) *Scyllam.* & mox lin. 15. *Scylla m.* Nuperus Commentator mihi typothetarum ſphalma tribuit, non benè. Mirum eſt, me liberum abiiſſe à ferulâ eiuſdem mox eâd. pag. epigr. 40. *poſſidet ambo nemus.* nam & heic æquè errârunt operæ, bis exprimentes *deum*, pro *nemus*, planè præter meam mentem: quæ cùm ex ſequentibus vel præcedentibus ſatis eruitur; non video quomodo honeſtè traduci queam. fit tamen: & mirari ſe quidam excla-

exclamat, rescribere me *Sylla*, pro *Scylla*. Mirum, inquam, me non vapulasse, quòd Francofurtenses pro *nemus*, bis excuderint *deum*. quod in Lugdunensi hac editione emendatum. non item erratum *Sylla*. quod ingratiis meis repetitum denuò.

Ibid. lin. 23. post illa verba, *quod falsum arbitrer*, ponenda sunt ista: *nisi figuratè sumptum*.

Ibid. lin. 27. *propter illud*, tuas.

Pag. 48. lin. 18. post *hac Epistolâ*, ad finem Notæ huius addatur: *vulgg.* nimiam *habebant*.

Pag. 51. lin. 5. pro *Epig*. 33. substitue, *Epig*. 32.

Pag. 53. lin. 9. *Thalamu* scribe cū minuscula *t*.

Pag. 54. lin. 14. post illa *iudicia? cogitemus*. exciderunt ista: *sanè suprà Epig*. 48. *legitur*,

Exercet raucos tertia causidicos.

Pag. 56. lin. 24. & seqq. ter peccatum in vnâ voce *notissimus*: restituendum toties *gratissimus*.

Pag. 57. lin. 39. lege, *inter sit raucus*.

Pag. 58. lin. 9. *Burdegalæ*.

Ibid. lin. 32. post *Hoc à litore*, omisit typographus; *quod non planè exclusérim tamen*.

Pag. 63. lin. 16. lege, *agglutinandum*.

Pag. 65. lin. 3. à fine: *dimitte Machaonas omnes*.

Pag. 71. lin. 7. leg. *quæ ab Hesychio*.

Pag. 75. lin. 18. post dictionem *Fabriciano*, deleantur ista inepta: *quod non planè exclusérim tamen*. & substitue omissas aliquot voces; *quamuis & Fabricius sanè inter partes. nam de eo sic apertè Claudianus, Cons. Manlii:*

——— *succumberet aula*

Fabricius. ———

Ibid. lin. 20. rescribe: *te colet inuictus pro libertate*. Errauit calamus, dum laudat in Notis è Palatino *inuicta*. habet enim alterum, quod in textu expressimus. quod moneo, ne deinceps marginibus suis adiiciant nuperi Commentatores.

Pag. 77. lin. 1. post *amica dari*, prætermissæ sunt ingenti flagitio, duæ voculæ, *pro gari*. Ita locus mirè interpolatus, & miserè ab operis acceptus, tolerari poterit. Longè aliter tamen à me

conceptus in authentico; ad hunc modum videlicet: *Orat amica gari.* Sic disertè extat in Palat. & agnoscunt Commentaria Calderini. at heic nulla, quam quidē vidi, editio abstinuit ab errato Typographi, *amica dari.* quin potiùs fuère, *&c.* Vides versus transpositos esse ab oscitantibus typothetis. quorum culpâ non semel vapulo.

Ibid. lin. 15. leg. *Epig.* 32. *Parapsidésque.*

Ibid. lin. 6. à fine, pro *inueni*, lege *inuenitur.*

Pag. 81. lin. 1. deleatur tota linea, repetita perperam.

Pag. 84. lin. 14. in fine Notæ lege, *Ulla nec.*

Pag. 90. lin. 17. ipso fine, post vocem, *poterat*, adde, *aliter.*

Pag. 92. lin. post *sequentis Epigrammatis*, adde *Charta maiores.*

Pag. 93. lin. 9. *Gausapa*, &c. Errauit manus mea, cùm scriberet in Notis Francofurti primùm editis, *Gausapa* etiam restare in Palatino illo optimo: quippe is libris posterioribus nulla habet lemmata. nescio tamen cuius codicis autoritatem ibidem laudatam voluerim; fuit Bongarsianus, aut Zuingerianus. cuius cuius tandem, sanè Palatini codicis lectio *Gausapa* non est. quare in nouâ hac editione meritò sublata sunt verba ista: *alter tamen Palatinus optimus* Gausapa, *quomodo &c.*

FINIS.

IANI

IANI GRVTERI
Appendicula
AD
MARTIALEM;
SIVE
NOTÆ ALIQVOT REPETITÆ
LECTIONIS.

Ianus Gruterus Petro Scriuerio.

S. P. Virorum clar^me,

VT domum Francofurto redii, nonnullis locis interpolaui ſchedas Martialis; easque ſtatim dedi deſcribendas librario meo. Verùm, vt hærebam in aliquo loco, ideoque conſulebam M.S. Palatinum, eumque inuenio diſcrepantem à manu primâ deſcriptore Richardo Thompſonio, ſubitus inuaſit ecce me furor, totumque iterum à capite ad calcem percurri. Atque hæc ſunt quæ tumultuariâ lectione in oculos incurrerunt. interim centum alia fortean à me prætermiſſa. ſed quid? aliis occupabar, quàm vt liceret diutiùs iſtis inhærere. Ne autem ignores, mi Scriueri, quibus ſubſidiis editionem iſtam auſpicatus

 ſim;

ſim ; Fuêre præter editiones aliquot veteres, ad manum ſcripti codices quatuor: duo Bibliothecæ Palatinæ; quorum primus, inſtar omnium, iam denuò à me collatus, deſcriptus eſt ab homine literas tantùm pingere docto, non etiam intelligere; ideoque qui nihil de ingenio ſuo immutârit. præferebat autem cenſorem, vſque ad librum ſextum, TORQVATVM GENNADIVM, æui Conſtantiniani : altero rariùs vſus ſum, quòd eſſet recentior, neque recederet ab editione Domitii Calderini; cuius item præferebat Notas, ſiue Commentaria. Tertius dicebatur fuiſſe Theodori Zwingeri, medici, *Dum fata Deúsque ſinebant*, celeberrimi. Quarto videbatur vſus Franciſcus Modius : certè ab ipſo peruenerat in manus Zachariæ Palthenii,ab eo,ad me. Huic quadrigę acceſſit quoq. editio Iuniana, ad fidem codicis Anglicani emendata,cuius itẽ marginis variantibus aliquot lectionibus inſigniuerat ampliſſimus Bongarſius ; deſcriptis quidem ex codice Gallicano ; ſed cuius poſſeſſoris, haud item meminerat. [*credo, maximi I.C^ti Cuiacii fuiſſe.*] Tegnagelius quoque Viennâ vſque exemplar Cæſareæ Bibliothecæ permiſerat. ſed vix libuit inſpicere; adeò vndiquaque interpolatum erat à petulante manu,qui Martiali affingere volebat naſum

ſum non ſuum. Etiam, comitate A. V. Marci Velſeri, vidi fragmenta Valerii noſtri in codice Friſingenſi. verùm bonitate non accedebat ad Palatinum: cuius auguſtam maieſtatem, tu, pro eâ quâ me amas teneritudine, tueberis contra ronchos & ſibilos Neotericorum. Vale. Heidelbergæ, cIↃ.IↃ CXVI. VIII. Nouembris.

NOTÆ
AD
LIBRVM SPECTACVLORVM.

EPIGR. I. molles laudentur honores.] *Nimirùm, cùm Diana duplex munus ſuſtineat (cuius meminit noſter infrà Epig.* XIII.

Experta eſt numen moriens vtriuſque Dianæ, *&c.)*

templa ei quoque ſurrexêre non vnius generis. De varietate verò ſtructurarum ita Vitruuius, lib. I. *Architect. cap.* II. Mineruæ, & Marti, & Herculi, ædes Doricæ fient; his enim Diis propter virtutem ſine deliciis ædificia conſtitui decet. Veneri, Floræ, Proſerpinæ, fontium Nymphis, Corinthio genere conſtitutæ, aptas videbuntur habere proprietates; quòd his Diis propter teneritatem graciliora & florida, foliiſque & volutis ornata opera facta, augere videbuntur iuſtum decôrem. Iunoni, Dianæ, Libero Patri, ceteriſque Diis, *&c. Sic contra Valerius Flaccus lib.* VI. *Argonaut. verſu* 152.

Omnibus in ſuperos ſæuus honor, *&c.* —

Verùm de hac re plura nos in Suſpicionibus.

Epig. IV. Tradita Getulis.] *Verum eſt: non legimus*

gimus obiectos feris delatores. itaque displicet suspicio, qua volebat, potuisse exponi elephantis Getulis. Sed quid tamen, si emendaremus? betullis. *Delatores quippe istos* in foro assiduè flagellis ac fustibus cæsos, *auctor Tranquillus in Tito cap.* VIII. *At hanc arborem*, terribilem magistratuum virgis, *apertè clamat Plinius lib.* XVI. *cap.* XVIII.

Epig. VI. quod Mars tibi sæuit &c.] *Nescio quâ animi inclinatione censeam reponi posse, tam heic quàm versu sequenti,* seruit. *Sic enim quidam scripti.*

Illud & vastâ in valle leonem.] *Veniebat sub acumen styli,* præuastâ mole leonem.

Epig. XII. recto cessit venabula ferro.] *Iam fero, imò probo hanc scripturam. Arma enim omnia ac tela thecis suis includebantur; vt docemur ab Euripidis Andromache, versu* 617; *ab Aristophanis Acharnensibus, versibus* 1119 *&* 1137; *nec non Iosephi libro* VI. *Belli Iudaici, ipso principio cap.* II; *aliisque auctoribus.*

Epig. XVI. confer nunc stemma iuuentus] *Meus ms quem nominare soleo quartum, habet ad oram,* iuuencus: *quo stabilitur coniectura nobilissimi Dousæ,* iuuencos.

Epigr. XXI. immixtum pecudum genus omne ferarum.] *Si adiiceretur voci vltimæ* que, *vt fieret* ferarumque, *egregiè omnia se haberent. nam sanè, ipsemet pecus est, qui negat Orpheum secutos oues, boues, equos; cùm idipsum disertè velint Lucianus lemmate De Astrologiâ, Callistratus in Orphei statuâ; vt & in eâdem Philostratus; preter Dionem Chrysostomum Oratione* XXXII, *Themistium Gratiarum actione in Senatu, aliósque passim obuios. Claudianus profectò canit præfat. lib.* II. *De raptu Proserpinæ;*

Securum blandi leporem fouêre molossi;
Vicinumque lupo præbuit agna latus.
Concordes variâ ludunt cum tigride damæ;
Massylam cerui non timuêre iubam.

Epig. XXIII. facili ceruice iuuencos] *Ratio omnino postulat, sustulisse humeris suis hos iuuencos imitatione Milonis, qui tantum par vni.*

NOTAE

NOTÆ
AD
LIBRVM I.

EPIG. V. Do tibi naumachiam] *Arridet scriptura codicis Palatini*, naumachias.

Epig. XII. Stantia non poterant tecta probare Deos.] *Inuehitur heic in Heraldum audax Miserarius; imò eò venit impudentia, vt lib.* II. *Ep.* XIX. magnos *mutet in* manos. *At quid tum dicet istis Liuii lib.* III. *cap.* LVI. pro se quisque, DEOS TANDEM ESSE, *&c. lib.* VIII. *cap.* VI. Est cæleste numen: es magne Iupiter, *&c. lib.* XXIX. *cap.* XVIII: tantâ clade edoctus tandem Deos esse, *&c. quid illi Græco?* Θεοὶ εἰσί. *O Aristarchum! ô stuporem! nimirum suibus pascendis aptiorem hunc scias, quàm emendandis scriptoribus.*

Epig. XLVI. Cùm dicis, Propero *&c.*] *Inuehitur heic idem Miserarius in me, ac contra libros retinet* Ædilam, *non necessariò. nam* propero *notat, ipsum deprehensum præ se ferre occupationes, ideóque statim cupere absolui! & alioqui rationes plures sunt, cur properent vel in Venere, hi, quàm ista; vrgeátque vel ipsa rei indignitas.*

Epig. XLIX. Imperia viduarum procul.] *Trahunt alii ad impotentiam muliebrem; non malè, si modò adderent improbitatem. tales enim captabantur passim & colebantur tanquam reginæ. Videatur vel liber* II. *Epig.* XXX; vel IV. *Epig.* LVI.

Epig. XCII. Cærea si pendet lumbis, & scripta lacerna.] *Audax facinus! mi Scriuerí, fateor; sed ita lenocinio quodam me ceperat Palatinus codex, vt quod ille custodiret, statim etiam omnibus communicandum arbitrarer.* Scriptam *autem* lacernam *capio, omnibus modis detritam, quæque iam*

stamen

stamen & tramam oculis palàm exhiberet; tanquam confusam aliquam literarum minimè literatam congeriem. Metaphoram talem vsurpatam auctoribus, nemo neget. Citat Seruius lib. 1. Æneidos ex Plauto: Corpus tuum virgis inscribam. *idémque Comicus Menaechmis, Sc.* Qui sunt qui, *disertè* : Nimis autem benè ora commentaui : *nec admittendum Gulielmii illud*, carminaui, *etsi ingeniosum satis. nam idem Pseudolo Act.* 1. *Sc.* 4. Quasi in libro cùm scribuntur calamo literæ, stilis me totis vsque vlmeis conscribito. *& Statius lib.* 11. *Thebaid. de equo vulnerato:*

Aruaque sanguineo scribit rutilantia gyro.

Etiam Ennodius in Panegyrico in Natalem B. Epiphanii:

Cùm benè mollitos incurui dente ligonis
Scribit agros, faciemque soli sic pectit aratris.

& Oratione: Quia nisi edomitam terram terque & quater agricolæ ligonibus scripserint, triticeam messem paliurus superabit, & lolium. *Lib.* 11. *Epist.* XIX, Scribenda est infelix curuis terra vomeribus. *iterátque lib.* VI. *Epist.* XXIII. *& alibi centies. Inde & sarcasmus discipulorum, apud Prudentium, stilis præceptorem Cassianum lacerantium:*

Non potes irasci quòd scribimus: ipse iubebas,
Numquam quietum dextera vt ferret stilum.

Nec minùs plenè de se, apud eumdem, virgo Eulalia:

Scriberis ecce mihi Domine:
Quàm iuuat hos apices legere,
Qui tua Christe trophæa notant!
Nomen & ipsa sacrum loquitur
Purpura sanguinis eliciti.

Idem quoque poëta, Hymno de Romano martyre:

Charaxat ambas vngulis scribentibus
Genas, cruentis & secat faciem notis.

Hinc & in Glossis Isidori legimus: Inducit, Charaxat. *iterùmque:* Notarius, Scriptor, Charaxarius.

Apposi-

Apposite istis Suetonius Neronis cap. LII. Venêre in manus meas pugillares libellique cum quibusdam notissimis versibus, ipsius chirographo scriptis: vt facilè appareret, non translatos, aut dictante aliquo exceptos; sed planè quasi cogitante atque generante exaratos: ita multa & deleta & inducta & superscripta inerant. *Scilicet ad istud volo exemplum esse* lacernam scriptam, *tum lanarum vario varióque colore, tum inæquali filorum positurâ. Si cui tamen magis arridet lectio prior*; trita lacerna; *eam iterum in possessionem admittat licet; dummodò nôrit secutum me auctoritatem codicis Palatini.*

Epig. CIX. Deponi monet, & rogat lauari,] *Ita scribendum monui. rationes secutus istas. Veteres exoneraturi aluum aut vesicam, aquæ mentionem faciebant; quia scilicet post opus tale, ferè etiam lauarent. Ab hominibus autem transferri ad animalia cætera, nihil vetat. etsi enim haud etiam abluerentur, at consulitur tamen verecundiæ aurium. Sic de equo Propertius lib.* IV. *Eleg.* III.

Et disco, quâ parte fluat vincendus Araxes;
Quot sine aquâ Parthus millia currat equus.

De Ibide Ouidius in Ibin, vers. 450.

Et quibus exiguo volucris deuota libello est,
Corpora proiectâ quæ sua purgat aquâ.

Verùm de istâ metaphorâ plura ego, & iusto ferè volumine, lib. Suspicionum XXVIII. *cap.* V. *vbi præterea examino versum Martialis lib.* II. *epig.* L:

Quòd fellas, & aquam potas, nil Lesbia peccas;
Quâ tibi parte opus est, Lesbia, sumis aquam.

Item alium eiusdem Poëtæ lib. VI. *Epig.* LXIX.

Non miror quòd potat aquam tua Bassa, Catulle:
Miror quòd Bassæ filia potat aquam.

Ibidem videre erit, cur meretriculæ, Anates Anseresque *dicantur Artemidoro; ac cur Græci suum* πλύνειν *totiens vsurpent circa res conuitiorum; quod à nemi-*

à nemine adhuc memini explicatum.

Epig. CXI. Ingenio pietas nec minor ipsa tuo.] *Præstat* suo, *quod in Palat. & Britannico.*

NOTÆ
AD
LIBRVM II.

PRAEFAT. Video quare tragœdi Epistolam accipiant.] *Excidêre voces ternæ,* quare tragœdi, aut quare comœdi epistolam. *sic sanè Palat. noster, nisi quòd is,* qua tragœdia, aut qua comœdia epist. *Excidêre, quòd librarii putarent variantis esse lectionis.*

Epig. VI. Nullo crassior vt sit vmbilico.] *Ergo vmbilicus non aderat libris nimium crassis? Ita videtur. Scio quid sentiant de librorum vmbilicis docti. Verùm vt incidi in codices à Batauis nautis ex Sumatra siue proximis insulis ad nos delatos, subit suspicari, tale quid quoque vsurpatum Romanis; vt nimirum folia medio sui perforauerint, eisque linum transmiserint vtrinque vmbilicatum.*

Epig. XXVII. Effectè, grauiter, citò, nequiter.] *Vox* citò *non est in Palat. & verò mihi placere non potest. Sed quid eius loco reponendum? repeti queat syllaba,* næ nequiter. *at quis probabit?*

Epig. XXIX. Coccina non læsum pingit aluta pedem.] Pingit *heic notat,* ornat. Non læsum pedem *dixit quomodo Seneca Epistola* CXXIII. *de padagogiis luxuriosorum:* Turpe est neminem esse in comitatu puerorum, cuius sana facies medicamentum desideret. *Unde & noster lib.* X. *Epig.* XXII.

Albâve pictus sana labra cerussâ.

Hinc, ceu absurdum, idem lib. III. *Epig.* III.

Formosam faciem nigro medicamine velas.

Epig. XXX. non graue munus erat.] *An non reponi debet?* erant.

Epig.

Epig. XXXIII. Te qui basiat, ô Philæni.] *Malim ferè quod praterea est in Palat.* Hæc qui basiat, *&c.*

Epig. XLI. Manúmve Crispus] *Imposuit mihi manus Richardi Thompsonii. cùm enim adscripsisset ad oram Martialis mei, extare istud in Palat. secutus eius fidem, expunxi lectionem hactenus receptam. Verùm vt iam meis oculis credo, reperi planè in ms. illo & meo quarto,* Priscus. *itaque redonetur auctori suo.*

Epig. XLI. Quam ventum Spanius, manúmve Crispus] *Viennensis Bibliotheca codex scriptus,*

Quàm ventum vacuus, manúmve lippus.

& profectò saliuam mihi moueret eiusmodi scriptura; nisi liber idem licentiùs pleraque aliis praterea locis interpolaret. Vacuus, *heic esset* edentulus.

Epig. XLVII. Confides natibus?] *Mss. omnes, & antiquitus editi,* Confidis natibus. *pra quâ languet editionis Iunianæ scriptura.*

Epig. LII. Nouit loturas] *Ita rectè in Palat. esse dixi. At heic etiam me decepit scriptura amici Thompsonii. quippe in Palatino illo primo restat* loturos; *quod sic quoque non displicet.*

Epig. LII. poposcit Mammosam Spatalem pro tribus: illa dedit.] *Hanc Spatalen, triplicem ipsi balneatori visam, ideóque tres mercedes ab eâ exegisse, cur credam; faciunt alia Poëta eiusdem loca. Nam lib.* V. *Epig.* XLIX. *eodem penè acumine:*

Vidissem modò fortè cùm sedentem
Solum te Labiene, tres putaui.
Caluæ me numerus tuæ fefellit, *&c.*

Etiam lib. VIII. *Epig.* XLVII. *habemus:*

Pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est:
Pars vulsa est. vnum quis putet esse caput?

Sed & idem argumentum persequitur lib. X. *Epig.* LXXXIII. Raros colligis, *&c. Subrustica illa sunt, fateor; non ita tamen, quin aliquid in istis vrbani. Planè obesos dictos gemi*nos,

minos, *credam Turnebo interpretanti illud Lucretii lib.* IV:

At gemina & mammosa Ceres est ipsa ab Iaccho.

Epig. LXI. nimiâque ærugine captus.] *Viennensis ms.* minimâque aurugine. *& vltima vox alicui posset placere, vt videlicet lucri caussâ calumniatorem egerit; nisi* ærugo *etiam liuorem notaret.*

Epig. LXXXII. quid fingis] *Hæsi, & iure quidem in voce* fingis, *aliàs* fugis; *nunc omnia mihi plana sunt, si* fingis *literâ vnâ decurtemus, faciamusque* figis; *quomodo timidè suspicabar, astipulante ms. Ioh. Vlrici. De cuius emendationis veritate si quis dubitabit; veniat ad me, reddam statim tranquillum. Nimium autem acutus est, qui heic fingit,* lingis; *tanquam respexerit auctor ad fabulam Philomelæ ac Tereos; & quid quæso heic tunc* lingere? *stuprum inferre, inquit. Viderit ipse. mihi magis arridet suspicio mea* figis, *pro* cruci adfigis.

NOTÆ
AD
LIBRVM III.

EPIG. VI. præstitit illa dies.] *Planius Palat. & meus quart.* vlla dies.

Epig. XII. Qui non cænat] *Est in Palat.* tentat. *vt fortè fuerit* ientat.

Epig. XVII. mensis scriblita secundis] *Non amplius fero istud* scriblita; *malímque vel* intrita *Merula, quod item ad oram codicis Bongarsii: quamuis tamen saliuam moueat magis illud,* inscripta; *quod deinde etiam inuéni in editione omnium principe. & fuit fortè cibi genus literatum, id est, cui aliquid inscriptum; eo scilicet modo, quo non tantùm placentæ mellitæ insigniuntur, sed & lactaria hodiè exprimunt ani-*
malium

malium quales quales formas ; etiam in Angliâ casei.

Epig. XXII. vt famem & sitim ferre.] *Vim Epigrammatis mutuatus est manifestè à Senecâ. Is enim ad Helbiam matrem cap.* X. Superfuturum sibi sestertium centies computauit; & velut in vltimâ fame victurus, si sestertio centies vixisset; veneno vitam finiuit. Quanta luxuria est, cui sestertium centies egestas fuit!

Epig. XXX. vnde vir es Chiones?] *Cur mutauerim distinctionem vulgatam, id habui causæ, quod altera interpunctio,* Vnde? vir es Chiones, *nihil haberet in se lepôris, nihil sani. at mea, quærit; primùm vnde balneatoris, secundò vnde corroget mercedulas meretriculæ dandas.* Vir *enim aliquis mulieri, etiam extra nuptias. vtique cùm & noster lib.* XI. *Epig.* LXII. *vocet Manneium* linguâ maritum. *hócque adeò libello dicat Epig.* LXXX.

Sacra tamen Cybeles decipis. ore vir es.

Interim Venus ac vis Epigrammatis in eo consistit, quòd dicat non esse desultorium, sed vnâ cum entuin. talis enim libido paulò constantior, etiam matrimonium *dicta est. Cicero Philip.* II. Citò Curio interuenit, qui te à meretricio quæstu abduxit; & tanquam stolam dedisset, in matrimonio stabili ac certo locauit. *Idem voluit Petronius:* Iacuerunt ergo vnâ, non tantùm illo die quo nuptias fecerunt, *&c. quales tamen venustè D. Hieronymus Epistolâ ad Oceanum* caninas *indigitat: quibus fruebatur Silenium illa Plautina, si matri [illegible], Cistellariæ Scenâ* I:

Hæc quidem ecastor quotidie viro nubit, *&c.*

Ab eodem est, quòd vilis illa infamium captura, dos dicta. Apuleius Apologiâ: Tantum enim ad eum de bonis matris liberum venit, præter quod ei vxor sua quotidianis dotibus quæsiuit. *Nec aliunde venit, quòd* viduas *se vocent, quas deseruit suus amator: vt videre est in Comœdiis: quibus licet aggregemus istud in Eutropium Claudiani lib.* I.

Quæ genuit, quanto planxit diuortia luctu!

 & mox

& mox: ——viduumque relinquis
Eutropium? tantásne premunt obliuia noctes?

Sed manum de tabulâ: non enim heic exhibendæ suspiciones nostræ; quæ (quod quis miretur) quò densior suboritur seges Criticorum, eò etiam ipsæ redduntur vberiores: neque transfert tamen aliorum messis vlla saga.

Epig. XXXVIII. Egit Aceftinus causas, & Caius] *Reuocandum* Ciuis. *nam & sic quoque Palat. & alioquin* Caïus, *nostro semper trisyllabum.*

Ibid. Sunt tibi.] *Non omnino inepte Palat. & quartus:* Sunt ibi.

Epig. XLIV. fugas sedentem.] *Non displicet Viennensis codicis scriptura,* edentem; *nam in conuiuiis ?ix sedebatur. & alioquin vox ea præcessit.*

Epig. LVIII. Matremque plenam mollis agnus exspectat.] *Oues lacte plenas (inquit nescio quis) cóque tardiùs, quàm agni, progredientes. At enim, mi homo, agni tales domi concludebantur, euntibus ad pastum matribus. Columella id docet eleganter lib.* VII. *Rei Rust. cap.* III. *ante finem: respexítque eò Tibullus lib.* I. *Eleg.* X. *vers.* 42.

Ipse suas sectatur oues: at filius agnos.

Vnde Silius lib. XV. *Punicorum, versu* 710.

Aut pecus è pastu cùm sese ad tecta referret,
Noscentes matres spectabat ouilibus agnos.

Sed quid diffundor? omnia plena talibus.

Ibid. Et larga festos lucet ad lares silua.] *Solennes & sanctos, inquit idem. imò non aliter ornatos atque alibi solet fieri die festo; coronatos scilicet ollis, &c. sic noster lib.* VII. *Epig.* XXVI.

Flagret & exciso festa culina iugo.

Nusquam occurrit festum, nisi in gaudio, diebúsque quibus à labore temperabatur.

Ibidem. Et dona matrum] *Noster quartus confirmat Dousæ coniecturam,* Et oua matrum.

Ibid. Furemque Priapo &c.] *Enclitica* que *abiicienda; vtpote quam non habeant Palat. aut quartus.*

Epig.

Epig. LXXII. Laufella lauari.] *Palatinus ille noster* Saufela; *quod non abiecerim. nam & quartus* Faufella. *debuit nempe exprimi* Saufeia. *id émque nomen redonauerim Auctori suprà lib.* II. *Epig.* LXXIV. *vbi extat* Saufellus. *nam & ibi Palatinus* Saufeium. *quod cùm esset* i *longum, degenerauit in literam non ita remotam.*

Epig. LXXV. Quæ non stat.] *Arridet magis lectio Brit. & Palat.* Quod non stat.

Epig. XCIII. Sternatur à Coride triclinio lectus.] *Nemini displicere potest Scaligeri emendatio, prodita lib.* II. *cap.* IV. *Auson. Lectionum:* à Coricle clinico lectus.

NOTÆ

AD

LIBRVM IV.

Epig. I. Pro tanto quæ sunt.] *Paulo fuerit decentius,* sint.

Epig. IV. Lassi bardiacus quod euocati] Bardiacum *siue* bardaicum *heic accipio pro* calceo; *motus potissimum loco Iuuenalis Sat.* XVI.

Bardaicus iudex datur hæc punire volenti
Calceus, & grandes magna ad subsellia suræ:

Tanquam velit Satyrographus, non ab ingenio aut iudicio censendum, aut adeò in oculos incurrere hunc iudicem, sed à calceis, sed à crassis suris.

Ibidem. ieiunia Sabbatariorum.] *Reponatur* Sabbatariarum, *cum ms. etiam Palatino: vel ob terminationes vocum versus sequentis.*

Ibidem: Mœstorum quod anhelitus reorum.] *Non tam malè olentium ob minùs perfectam concoctionem, vt aliis placet, quàm propter ieiunia. Petronius:* Numquid spiritus ieiunio macet? *vbi legerim* macet.

Epig. VIII. gressu timet ire licenti] *Britannicus codex,* gressum metire licebit. *Nec abit Palat. nisi quòd is,* gressu mētire licenti. *nam quartus* gressum metire licenter. *an aliquid subest?*

Epig. XI. Ille etiam nostris Antonius.] *Malim, si liceret per membranaceos,* Ille tamen.

Epig. XIV. Et ludit popa nequiore talo.] *De impunitate hac Saturnalium, egregia multa Libanius in Exemplis Progymnasmatum.*

Epig. XXXVIII. satiatur amor, nisi gaudia torquent.] *Admiserim ferè scripturam Palat.* sociatur amor, vbi gaudia torquent. *sed numquam talem syllabam produxit. itaque tueamur vetustiora.*

Epig. XLII. præstare roganti.] *Ita omnes pridem editi, & mss. non* locanti, *quod Iunii est, vt puto. sequenti tamen versu visitur illud* locare *in obsoletis edd. & Palat. optimo. tertius tamen & quartus à manu secundâ habent* rogare, *non malè.*

Epig. XLVI. polita cælo.] *Palat.* cæno, *& quis non prolet?*

Epig. LVII. litora grata.] *Imò rescribendum,* litora Graia, *re ipsâ exigente.*

Epig. LVIII. Num plorare &c.] *Diuinabam:* Non plorare pudet te puto G. virum. *hoc sensu: vides plorandum esse ob mortem eius; pudet tamen id facere apertè. euge! femina es animi planè virilis. Vir si plorat, plorat sine teste; vt tu. Non dissimiliter idem noster lib.* VI. *Epig.* XLIV.

Versus scribere qui potest disertos,
Non scribat, Laberi; virum putabo.

Epig. LXVI. saucia turba mero.] *Omnino iam reuocauerim lectionem priorem,* saucia vena. *inuito quamuis & Palatino & Modiano. nam plusculum in eo elegantiæ, quàm in altero* turba.

NOTÆ

NOTÆ
AD
LIBRVM V.

EPIG. XIX. Saturnalitiæ, *&c.*] *Seorsim legitur in vulgg. Sed an non praecedenti Epig.* Si qua fides veri, *addendum videtur? mihi certè.*

Epig. XXIV. Hermes vincere nec ferire doctus.] *Ita est: satis peruici in Suspicionibus sic legendum. nunc tantùm libet inde euocare testimonium D. Chrysostomi Homiliâ* XXII. *cap.* XII. *ad Romanos:* Καὶ γὰρ ὁ πυκτεύων, τότε μάλιστα νικᾷ, οὐχ ὅτε ὑποθῇ ἑαυτὸν, ὥστε δέξεσθαι πληγὰς, ἀλλ' ὅταν ἐξαίρων ἑαυτὸν παρασκευάζῃ τὸν ἀνταγωνιστὴν εἰς τὸν ἀέρα κενοῦν τὴν δύναμιν· οὕτω γὰρ οὔτε αὐτὸς πληγήσεται, κἀκείνου λύσει τὴν ἰσχὺν ἅπασαν. *Hoc est:* Pugnans enim tum potissimùm vincit, non quando suum ipsius corpus pugnæ exponit, vt plagas excipiat: sed quando seipsum eruens efficit, vt omnem suam potentiam aduersarius in aëra frustrà ac inaniter effundat. Sic enim & ipse non vapulabit; & omnem eius vim ac robur franget. *Exemplũ autem habemus Melancoma: de quo Euphrades Orator, oratione De Pace, Valenti dictâ:* ἔστιν οὗ ἵνα, *&c pag.* 244. *editionis Petauiana.* [Dionem etiã Prusæũ laudat in hac re Auctor Notis suis ad Gnomas veterũ par. 1. pag. 594.]

Epig. XXVII. Bis septena tibi non sunt *&c.*] *Conieci aliquando,* num sunt? *nunc desisto. est enim in Palat.* sint. *quod fortè melius.*

Epig. XXIIX. comitate Rufones] *Intelligit Cremutium Rufonem, laudatum Plinio libri* VI. *Epist.* XXIII. *& vix est ut non hic idem sit cũ illo quem idem alloquitur lib.* IX. *Epist.* XIX. *quamuis ibidẽ legatur* Rufoni.

Epig. XLIV. captus es vnctiore cænâ.] *Malim quod restat in Palat. item Viennensi, & Anglicano,* vnctiore mensâ.

Epig. XLV. Istud quę non est dicere Bassa solet.] *Sic omnibus literis Palatinus: quod heic repeto, quoniã*

Curarum secundarum Commentator, restitutionem meam eleuat, nec tamen conuincit. Equidem quo palato sit, nescio; hoc scio, eum parum sentire, qui non sentit, verecundius multo tut úsq; tangi Bassam lectione nostrâ veteri, quàm illâ recentiore: Istud quod non est dicere Bassa soles. *eisque interpretandu vnicè facit Epigramma* LXV. *libri primi:*

Bella es, nouimus: & puella, verum est:
Et diues; quis enim potest negare?
Sed dum te nimiùm, Fabulla, laudas,
Nec diues, neque bella, nec puella es.

Istud, quæ non est, dicere Bassa solet. *id est, Laudare se, quæ formosa non est, aut puella, solet ô Bassa; deformis, inquam, & impura se iactat pro formosâ, pro puellâ.*

Epig. LIII. Quò tibi vel Nioben, Basse, vel Andromachen?] *Hæc est scriptura codicum nostrorum, non, vti quidam aiunt,* Quid tibi *&c. neque id interpretor illo Plauti:* Quid tibi meam tactio est? *sed versu Horatii:*

Quò mihi fortunas, si non conceditur vti?

Epig. LVII. nolo tibi, Cinna, placere.] *Longè præstat,* noli. *neque aliter vett. edd. aut Palat. vel quartus. quorum prior sequenti quoque versu habet,* sernum sic resaluto tuum; *quod mihi ferè se magis probat, quàm retrò vulgatum,* meum.

Epig. LXII. res nullas crispulus iste, *&c.*] *Viennensis ms.* res vllas crispulus iste Non agit vxoris. *maluerim, inquã,* re nullâ crisp. iste Res agit vxoris.

Epig. LXIV. Alcime, solue niues] *Quid vis, Lector? fieret liber, si committerem schedis quæ dicta mihi in Suspicionibus de more isto. Habe tamen tibi, ceu gustum aliquem, isthac sequentia. Seneca lib.* IV. *Nat. Quæst. cap. vlt.* Videbis quosdam non sorbere solùm niuem, sed etiam esse, & frusta eius in scyphos suos deiicere, *&c. Latinus Pacatus Paneg. Theodos.* Parum se lautos putabant, nisi æstiua in gemmis capacibus glacie Falerna fregissent. *Athenæus lib.* 3. Καλλίστρατος ἐν ἑβδόμῳ Συμμίκτων φησὶν, ὡς ἑστιώμενος παρά τισι Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ὥρᾳ καύματος ὄ-

μα,

ϱαν, καὶ τῶν οἰνοχόων τοῖς ἄλλοις μιγνυόντων εἰς τὸ ποτὸν χιόνος, &c.

Ibid. Iam vicina iubent nos viuere Mausolea.] *Prætulerim* Tam vicina, *quod custodit Palatinus.*

NOTÆ
AD
LIBRVM VI.

EPIGR. XIII. Vt Martis reuocetur amor] *Non minus dexterè Palatinus,* renouetur.

Epig. LIV. quid suspicer esse: Tantos &c.] *Distinxerim potiùs,* quid suspicer: esse Tantos &c. Edere *inter obscena habitum, nemo ignorat.*

Epig. LXV. Solet hoc quoque Tucca licere] *Non dubitem, inquam, admittere quod inuenit in margine codicis sui Iohannes Vlricus, I. C. ac Poëta, vt & amicus non è multis,* Tucca, licetque; *vtique cùm id quoque seruet noster quartus.*

Epig. LXXXVIII. Cæciliane meum:] *Non de nihilo est, quòd exhibeat Palat.* Sosibiane meum; *nomen non semel vsurpatum nostro.*

NOTÆ
AD
LIBRVM VII.

EPIGR. I. Ipsa Medusææ quem timet ira comæ.] *Ne cui deinceps* comæ *illud sit suspectum, sciat item exstare in nostro quarto, aliisque aliorum membranis.*

Epig. IX. Cassellius.] *Antepos̃uerim Palatini exemplaris scripturam* Cascellius.

Epig. XII. Vipereumque vomant, &c. diemque negãt] *Ferè accesserim Palat. in quo* vomat, & negat.

Curarum secundarum Commentator, restitutionem meam eleuat, nec tamen conuincit. Equidem quo palato sit, nescio; hoc scio, cum parum sentire, qui non sentit, verecundius multo tut usq; tangi Bassam lectione nostrâ veteri, quàm illâ recentiore: Istud quod non est dicere Bassa soles. *eisque interpretandu vnicè facit Epigramma* LXV. *libri primi:*

Bella es, nouimus: & puella, verum est:
Et diues; quis enim potest negare?
Sed dum te nimiùm, Fabulla, laudas,
Nec diues, neque bella, nec puella es.

Istud, quæ non est, dicere Bassa solet. *id est, Laudare se, quæ formosa non est, aut puella, solet ô Bassa; deformis, inquam, & impura se iactat pro formosâ, pro puellâ.*

Epig. LIII. Quò tibi vel Nioben, Basse, vel Andromachen?] *Hæc est scriptura codicum nostrorum, non, vti quidam aiunt,* Quid tibi *&c. neque id interpretor illo Plauti:* Quid tibi meam tactio est? *sed versu Horatii:*

Quò mihi fortunas, si non conceditur vti?

Epig. LVII. nolo tibi, Cinna, placere.] *Longè præstat,* noli. *neque aliter vett. edd. aut Palat. vel quartus. quorum prior sequenti quoque versu habet,* sernum sic resaluto tuum; *quod mihi ferè se magis probat, quàm retrò vulgatum,* meum.

Epig. LXII. res nullas crispulus iste, *&c.*] *Viennensis ms.* res vllas crispulus iste Non agit vxoris. *maluerim, inquã,* re nullâ crisp. iste Res agit vxoris.

Epig. LXIV. Alcime, solue niues] *Quid vis, Lector? fieret liber, si committerem schedis quæ dicta mihi in Suspicionibus de more isto. Habe tamen tibi, ceu gustum aliquem, isthæc sequentia. Seneca lib.* IV. *Nat. Quæst. cap. vlt.* Videbis quosdam non sorbere solùm niuem, sed etiam esse, & frusta eius in scyphos suos deiicere, *&c. Latinus Pacatus Paneg. Theodos.* Parum se lautos putabant, nisi æstiua in gemmis capacibus glacie Falerna fregissent. *Athenæus lib.* 3. Καλλίστρατος ἐν ἑβδόμῳ Συμμίκτων φησὶν, ὡς ἑστιώμενος παρά τισι Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς κραταιοῦ καύματος ὥρα,

ϕαι, κ τὴν οἰνοχόων τοῖς ἄλλοις μιζγνώτων εἰς τὸ ποτὸν χόνος, &c.

Ibid. Iam vicina iubent nos viuere Mausolea.] *Prætulerim* Tam vicina, *quod custodit Palatinus.*

NOTÆ
AD
LIBRVM VI.

EPIGR. XIII. Vt Martis reuocetur amor.] *Non minus dexterè Palatinus*, renouetur.

Epig. LIV. quid suspicer esse: Tantos &c.] *Distinxerim potiùs*, quid suspicer: esse Tantos &c. Edere *inter obscena habitum, nemo ignorat.*

Epig. LXV. Solet hoc quoque Tucca licere] *Non dubitem, inquam, admittere quod inuenit in margine codicis sui Iohannes Vlricus, I. C. ac Poëta, vt & amicus non è multis*, Tucca, licetque; *vtique cùm id quoque seruet noster quartus.*

Epig. LXXXVIII. Cæciliane meum:] *Non dè nihilo est, quòd exhibeat Palat.* Sosibiane meum; *nomen non semel vsurpatum nostro.*

NOTÆ
AD
LIBRVM VII.

EPIGR. I. Ipsa Medusææ quem timet ira comæ.] *Ne cui deinceps comæ illud sit suspectum, sciat item exstare in nostro quarto, aliisque aliorum membranis.*

Epig. IX. Casselius.] *Antepofuerim Palatini exemplaris scripturam* Cascellius.

Epig. XII. Vipereumque vomant, &c. diemque negãt] *Ferè accesserim Palat. in quo* vomat, & negat.

Ibid. Ludimus innocuis verbis: hoc iuro *&c.*] *Sapit auribus meis magè quod præfert Palat.* Ludimus innocui, scis hoc bene. iuro potentis, *&c.*

Epig. XXIV. Pyladen odisset Orestes.] *Adblàditur nimis* Pylades odisset Oresten, *quæ est scriptura Pal.*

Epig. XXVII. Ilice multâ iam piger.] *Vix me teneo, quin admittam* Impiger; *quod diserte habet Palat. & meus quartus.*

Epig. XXXIV Vt quid tu Domini?] *Ms. Viennensis Bibliotheca:* Quid times Domini? *legi posset,* Quid? tu tot domini, *mucronatiore sensu. à quâ scripturâ Palat. non multum abit.*

Epig. XXXVI. subitos effundere nimbos.] *Quid heic defendere mallet, quàm* effundere; *interrogandus erat, talésne putet fuisse formas imbricum tegularúmve veterum, atque sæculi nostri?*

Epig. XLVI. pauperibus munera pexa dato.] *Verum est. veniebat olim in mentem* munera blenna: *ita tamen vt* plena *&* blenna, *vnum notarent atque idem. Sanè* dentes plenos *dixit Plautus*, *Sc.* Date vinum; *Curculione: eadémque notione cepi illa Propertii lib.* I. *Eleg.* XVI.

Me mediæ noctes, me sidera plena iacentem,
Frigidaque Eoo me dolat aura gelu.

quippe primo versu duas noctu complectitur partes, adultæ scilicet & senescentis; altero matutinum circumscribitur. trahebámque huc etiam locum Ciceronis lib. II. *de Nat. Deorum*: Quod quibusdam regionibus atque vrbibus contingere videmus, hebetiora vt sint hominum ingenia propter cæli pleniorem naturam: hoc idem, *&c.*

Epig. XLIX. Parua suburbani *&c.*] *Nescio an non debeat præferri* Pauca, *quod in Palat.*

Epig. LIV. Semper manè mihi] *Miserarius quidam ad Epig.* LXXIX. *lib.* IV. *citat,* Sæpe, *inuitis profectò libris, & renuente versu. Idem eodem loco, insigni malignitate simplicitatem verborum meorum traducit, asseuerantium minimè locum habere posse* Sigeriosque modos, *ideòque restituendum* meros. *cui homini si pro meritis respondeatur, redeundum omnino ad haram,* vnde

vnde ad nos infaustũ pedẽ extulit. sed valeat melius est.

Epig. LXVII. grauesque draucos Alternans &c.] *Quam magis nunc inquiro in scripturam Palatini nostri, tam magis allubescit,* grauesque drauco Altéras facili &c. *Altéras grauesdrauco, ipsa facilè tractat: sensu clarissimo. Damno itaque quæ ad hunc locum in Notis prioribus dixi.*

Epig. LXVI. Plus meruisse tamen. &c.] *Non possum assequi quomodo hæc ad pœnam præmiúmque referantur, vt placet postremo Commentatori, cum Labieni verba proferat Martialis, ideóque eis nihil possit adfingere à se sine calumniâ. scilicet Interpretes iam scribere volunt Epigrammata aliorum, non exscribere.*

Epig. LXVII. Dii mentem tibi dent tuam, Philæni.] *Locum istum nonnulli exagitant: at mihi elegans videtur; vt videlicet vsurus voto aut imprecatione, id præter omnem omnium exspectationem optet, quod iam habebat. Eodem ferè modo hoc libro Epig.* XXIII.

Hoc facias, quod puto lingua facis.

Nec admodum dissimiliter Turnus apud Virgilium lib. XI. *Æneid. vers.* 408.

Numquam animam talem dextrâ hac (absiste moueri)

Amittes; habitet tecum, & sit pectore in isto.

Sic apud Senecam in sui nominis Medea versu 968. Mihi me relinque. *Etiam Saluianus allusit lib.* VI. *De gubern. Dei;* Principes ciuitatis cibo conferti, vinolentiâ dissoluti, clamoribus rabidi, bacchatione furiosi, nihil minùs quàm sensûs sui: imò quia propè iugiter tales, nihil magis quàm sensûs sui. *Sed nec recedit Symmachus lib.* IV. *Epist.* XLVIII. Dii illos mentibus suis puniant.

Epig. LXXII. Nec curis veniant leues se libræ] *Perplacet lectio Palat.* leuésve libræ. *quæ quid sibi velint, dicet Epig.* LXX. *lib.* VIII.

Epig. LXXXIII. Expingitque genas] *Loco isti, & duobus aliis confirmandis, vbi legimus* Expingere, & Pingere genas, *habe è Suspicionibus nostris Lector auctoritatem Phædri & Tertulliani. hic*

 enim

enim ita loquitur libro De cultu feminarum: Thamar, quia se expinxerat, idcircò iustæ suspicioni visa est quæstui sedere. *ille verò lib.* II. *fab.* II.

Ambæ videri dum volunt illi pares,
Capillos homini legere cæpêre inuicem:
Qui se putarat pingi curâ mulierum,
Caluus repentè factus est, *&c.*

Vide infrà Not. lib. IX. *ad Epig.* XXVIII.

Epig. LXXXVI. Poscis munera] *Libet annotare scripturam Palat.* Pascis; *non quòd placeat etiam, sed vt videant ei suum esse leporem.*

Epig. LXXXVII. auritâ gaudet lagopode] *Respuit versus hanc vocem. nihil iuuant mss. aut vetustiùs cusi. Membranæ aliquot, vt etiam editio prima, seruant* lagopece. *Palat. noster primus,* lagagocepe, *quartus* dagaopere: *alias* lagaopice. *vnde somniabam aliquando* lagalopece, *vt fuerit monstrum, figurâ vulpis & leporis. Sed quæ Africa animal tale aut vidit vmquam, aut legit? Adhæreamus itaque certissimæ coniecturæ illustris Scaligeri,* glaucopide.

NOTÆ
AD
LIBRVM VIII.

EPIGR. III. Quinque satis fuerant: nam sex septémve libelli Est nimium.] *Mutaui isthæc auctoritate Palatini. Clarè & eximiè, inquam, præ vulgg. edd. in quîs* vel sex septémve libelli, Est nimium; *iniucundè, quamuis mutes* Est *in* Et.

Epig. VI. Et bibit ipse merum.] *Præsto veram lectionem in editione Aldinâ* (anni CIↃ IↃ XVII.) *expositam,* viuidiusque merum; *quam solidè tuetur & explicat Scaliger ad* III *viros.*

Ibid. trita columba] *Ita edd. aliquot. alia substitue-*

stituerunt columna; *cui subscribunt ferè mss. sed tamen benè illud* columba *exposuit Merula, adductâ auctoritate Homeri.*

Epig. XI. nec te sic Cæsar amauit] *Quid si per hunc* Cæsarem *intelligat ipsum* Domitianum, *cum adhuc viueret pater? Planè magis amantur à populo futuri Principes, quàm iam facti. sed durius est.*

Epig. XXX. Adspicis, vt teneat.] *Palat.* Adspicit; *vnde facilè fiat literâ additâ,* Adspicite; *quod prætulerim singulari.*

Ibid. Scire piget post tale decus] *Ineptiunt heic meo iudicio heic mussei Commentatores. politicè tantum infert Martialis, se non inquirere in Sceuulæ vitam priorem. quippe ex vngue sibi patere leonem. Vt enim nemo fit repentè pessimus, sic nec præstantissimus, &c.*

Epig. XXXVIII. Hoc & post cineres erit tributum.] *Melioris scilicet, quod lubens meritò cedat Blaso Cassiodorus lib.* IV. *Epist.* XIV: Si liberalitatis nostræ caussa tractetur, nos potiùs voluntaria tributa soluimus, qui fortunas omnium subleuamus.

Epig. LI. Instanti litera Rufi.] *Nescio vbi mens mihi fuit, cùm Notas euulgarem. nam* Instantis *sanè reponi debet, vt & monuerat Iunius noster.*

Epig. LVI. Virgilius non ero, Marcus ero.] *Etsi membrana ferè omnes* Marsus; *mihi tamen non displicet, inquam, editionum aliquot lectio* Marcus; *vt verniliter dicat, quamuis aquaret Virgilium poësi, mansurum tamen eundem illum Marcum Martialem.*

Epig. LIX. tam piceata manus.] *Reponendúmne* piperatâ, *fide Palat. nostri? vt subsit aliquid antiquitatis, quod iam non subit memoriam? Solùm occurrit illud Plauti Epid. act.* V. *sc.* II.

Apage illum à me. nam ille quasi Vulcani irati est filius,
Quàquà tangit, omne amburit: si propè astes, æstu calefacit.

Ibid. cautus seruare memento] *Omnino* seruare, *pro* obseruare; *sed in aliã partem. sic lib.* VII. *Epig.* L.

Numquid Nympharum notos obseruat amores, *&c.*

Kim

Item lib. I X. *Epig.* X C. Infamem nimio calore Cypron Obſerues moneo, *&c.*

Epig. L X I. mulas habeat, & ſuburbanum.] *Votum non figuratum. ſenſit enim Poëta, vbi vber, ibi eſſe tuber.*

Epig. L X V I. Pro noſtro date Silio Camœnæ.] *Impenſius arridet lectio Palat. & quarti,* veſtro.

Epig. L X V I I. raucæ vadimonia quartæ.] *Vellem Raderus, qui heic defendit* chartæ, *nobis explicaſſet, quænam ſint illæ* chartæ raucæ. *nam* quartæ *quid fuerint, facilè eruet qui nouerit Auctori noſtro memorari* tertias *&* quintas, *hoc libro Epig.* X L I V.

Ibid. Aut cur non ſerò Cæcil. *&c.*] *Nihil eſt certius rotundiúsve Merceri coniecturâ* ; Vt ientes ſerô. *Quam cur ne verbulo quidem dignetur Commentator Germanus, & cur vel eam non admiſerit ſuppreſſo emendatoris nomine, ipſe viderit.*

Epig. L X X. Cùm ſiccare ſacram largo Permeſſida poſſet Ore.] *Sic Palat. noſter. edd. priores,* ſacrum.

Epig. L X X I I I. laſciua Properti] *Sic libuit reſcribere, auctore Palatino, eiecto illo* laſciue, *quod antea inhæſerat libris.*

Epig. L X X V. Lingonus à Tectâ] *Senecæ eandem viam adiudicaui, in Ludo de morte Claudii, cùm antea, eâ damnatâ, legeretur* Rectâ. *ita autem dicta, non quòd via olim velis tegerentur, vt placuit Iunio; ſic enim qualibet via eo nomine veniret: ſed quòd illa fornicata eſſet, vt patet ex Iulio Obſequente cap.* X X X I I. *De Prodigiis; cuius item emendatio notata mihi in Suſpicionum libris.*

Epig. L X X X. Et pugnet virtus.] *Cùm mſſ. ſeruent verſu priore,* teneantur, *iſto verò* pugnet; *malim* Vt pugnet, *quei modum indicet.*

NOTÆ

NOTÆ
AD
LIBRVM IX.

EPIGR. XIII. Acidaliâ meruit quod arundine pingi.] *Alii aliter. ego simpliciter ceperim de sagittâ aliquâ Cupidinis.*

Epig. XX. Felix quæ tantis.] *Iam licet admittamus scripturam Palatini:* O felix !! quantis sonuit vagitibus, & quas. *ita enim concepit etiam m. s. codex Bibliothecæ Viennensis. neque iam amplius dubito de veritate huius scripturæ, cùm ei patrocinentur, & quasi columnam supponant omnibus literis membranæ aliæ, & editio omnium antiquissima.*

Epig. XXII. Credis ob hoc me Pastor, *&c.* Propter quod] *Potius videtur quod hæret in mss. libris* ob hæc *&c.* Propter quæ.

Epig. XXVII. Purgentque crebræ *&c.*] *Ita vulgg sed sanè excludi non debebat omnium ferè mss. nostrorum scriptura,* Pingantque. *idem enim heic notat quòd suprà libro* II. *Epig.* XXIX. *& lib.* VII. *Epig.* XXCIII. *redonandúmque id vocis Ouidio (si fides habenda mss. Commeliniano). lib.* I. *De Arte amandi vers.* 306:

Quid toties positas pingis inepta comas?
ita enim liber ille ad oram. frustráque iuuenes illud Tertulliani cap. IV. *de Pallio,* cutem fingere, *mutatum cupiunt in* tingere.

Epig. XXXII. non sanguine cæsa Victima *&c.*] *Ineptè. restituatur lectio omnium mss. imò & editionum antiquiorum,* Cæsar.

Epig. XXXIX. Hac & Santonici genita est Cæsonia Rufi] *Non vacat excutere an eius regionis fuerit Rufus. hoc scio, lectionem istam inuectam primum ab Aldinis. priùs cusi, omnésque adeò mss. repræsentant:*

Hac & sancta mei genita est Cæsonia Rufi.

quod

quod quei ausim damnare, cùm hæreat in memoriâ illud Nostri lib. x. *Epigr.* xxx.

Non ille sanctæ dulce Tibur vxoris.

Epig. xLvi. reficit mutatq.] *Ita esse in Palat. monui. sed reponendum suasu eiusdem exemplaris,* mutátve.

Epig. xLiix. Ætolâ de Calydone] *Si sequimur Palat. rescribendum erit,* Ætolum de Calydone.

Epig. xLix. Quam meus edidicit lector amatque togam.] *Non abhorreo ab eo quod in Palatino,*

Quamque meus didicit l. a. t.

imò valdè arridet, etsi sit in memoriâ Virgilianum,

—— iussitque ediscere lauros.

Epig. Liv. Aut crescente leuis traheretur arundine præda.] *Eieceram libro meo,* vadis; *substituerámque* leuis; *nec adhuc pænitet; etsi non negem* vadis, *heic vtcunque locum suum tueri; si modò accipiamus de capturâ, non piscium, sed auium lacustrium. interim tamen adhuc suspicor illud* vadis *natum ab hominibus, qui arbitrabantur τὸ* traheretur *minùs conuenire, nisi* leuis *mutaretur aliâ quâ voculâ. quos ego securos esse iubeo. nam* trahere *heic notat* attrahere, *seu* detrahere. *Sic Seneca Hercule Oetæo, versu* 121:

Hostisque traxi spolia Thermodontiæ.

Silius lib. xiv. *versu* 263.

—— cælo traxisse volucrem.

Ceterùm ad aucupum arundinem crescentem, *adduxi in Suspicionibus meis locum Propertii lib.* iv. *Eleg.* ii. *Valerii Flacci lib.* vi. *Petronii Arbitri, Silii Italici lib.* vii. *& Oppiani lib.* iii. *Cyneget. vers.* 487. *Apuleii lib.* xi. *Metamorphoseon, pluriúmque adeò Patrum.*

Epig. Lix. Et turbata breui questus crystallina vitro.] *Apage, apage, inquam, hanc lectionem spuriam. Legitima est,* nitro. *Sic certè Palat. noster. nec quicquam verius. consulatur modò Plinius lib.* xxxvii. *cap.* ii. *sed & Tacitus lib.* v. *Histor.* Belus amnis Iudaïco mari illabitur: circa cuius os conlectæ arenæ, admixto nitro in vitrum excoquuntur. *imò ipse noster lib.* i. *Epig.* Liii. *hinc interpretandus:*

Sic

Sic Aretinæ violant cryſtallina teſtæ.

Epig. LXI. Heſternisque rubens deiecta eſt] *Neque iſta lectio adhuc ſincera. vix mihi eripi poteſt reſcribendum eſſe literâ tantùm mutatâ,* deiecta ; *vt dicat, inueniſſe & deprehendiſſe coronas alióſque flores à Numinibus ibidem proculdubio relictos.*

Epig. LXXIII. Decepti regna patroni.] *Optimè ſic Palat. Sic idem noſter lib.* X. *Epig.* XVI.

Quiſquis eris noſtri poſt me regnator agelli.

& alibi ſæpius.

Epig. XC. Pertundas glaciem triente nigro.] *Non* perfundas, *ſed* pertundas *legendum pertendo. Eleganter. eodem ſcilicet modo quo guttæ ſaxa pertundunt. Sciendum aliquando delicatiores vino ſuperaddidiſſe niues; de quo more ſuprà dixi* (ad Epig. LXIV. libri V.) *aliquando verò impleſſe calicem niue, eámque vino ſenſim ſuperfuſo ſoluiſſe; quem morem hic tangi puto. Non ignoro legi apud Suetonium Domitiani cap.* XX. Cuiuſdam caput varietate capilli ſubrutilum & incanum, perfuſam niuem mulſo dixit : *ſed non id nobis aduerſatur. haud enim ſolùm perfundi debebat Falerno nix, vt deinde biberetur, ſed etiam tota perire. Fiebat autem ex alto, ac ſtillatim; adeò vt primò quaſi cauaretur nix glaciéſve. Huc aliquid faciunt iſta Senecæ Epiſt.* LXXVIII. O infelicem ægrum! quare? quia non vino niuem diluit, quia non rigorem potionis ſuæ quam capaci ſcypho miſcuit, renouat fractâ inſuper glacie. *iterum lib.* II. *De irâ cap.* XXV. Perpetietur hic famem, & æſtiuæ expeditionis ſitim, qui puero malè diluenti niuem, iraſcitur? *Noſter quoque tangit lib.* IX. *Epig.* II.

Incenſura niues dominæ Setina liquantur.

item eodem libro Epig. XXII.

Et faciant nigras noſtra Falerna niues.

Lib. XII. *Epig.* XVI.

Et niſi per niueam Cæcuba potat aquam.

Epig. XCII. Quod nec manè vomis] *Non ſollicitem. cùm tamen præferant aliorum ſcripta exemplaria,* villa vomis; *indicandum videtur, hærere in Viennenſi* fella vomis. *quod eſſet,* bilem tuam remetiris, *vt loquitur Seneca.* *Epig.*

Epig. C I. Stymphalidas astris Abstulit] *Accedit huic opinioni, præter Apollodorum libro* I I. *Bibliothecæ, Mamertinum Genethliaco Maximiani; cap.* I I I. (*vbi consulenda Notula mea;*) *etiam Seneca; cuius locus est Hercule Oetæo versu* 1887:

Stratus vestris setiger oris;
Alesque sequi iussa sagittas
Totum pinnis velata diem.

Mirè ibi caligat vir artium nostrarum primarius. & tamen nihil aliud vult auctor, quàm Stymphalides, quæ alis expansis tantum tenebrarum inducebant, vt non videretur dies, sed velaretur; eas, inquam, Stymphalides nihilominus decidisse in terram, fixas sagittis Herculis. Obtenebrasse monstra illa diem; habemus apud eundem Tragœdiographum, Thebaïde versu 422. *item Hercule Furente, versu* 242. *Secuta autem sunt monstra ea sagittas, vnà cum ipsis decidentia præ metu. Haud absimili metaphorâ dixit Hercule Oetæo vers.* 1655.

—— siue de mediâ voles
Auferre volucres nube, descendent aues,
Et certa prædam tela de cælo ferent.

item suprà vers. 1619: —— pinum
Astris minantem, & nube de mediâ vocat.

Non secus Papinius lib. x. *Thebaïd. vers.* 742:

Nullaque tectorum subit ad fastigia, quæ non
Deferat hasta virum, perfusaque cæde recurrat.

etsi non illepidâ figurâ ibidem legatur, Deserat. *Plinius quoque lib.* X X V I I I. *cap.* V I I I. Detrahere supratiolantem accipitrem ad se traditur. *Neque abludit nimium istud Taciti lib.* I V. *Hist.* Neque ipsi deerat arrogantia vocare offensas, nimius commemorandis quæ meruisset.

Ibid. Sæpè recusatos Parthos duxisse triumphos] *Sic vulgg. plerique. sed si sequendus Palatinus, faciendum* parcus, *sententiâ non obscurâ. certè illud* Parthos *planè falsum. quando enim tunc superatus Parthus? itaque inducatur. In omnibus mss. & olim cusis extat* parcus. *neque iidem vetustiores τὸ* re-

cusato

cusato *agnoscunt. quod oggerunt nuperæ editio-nes.*

NOTÆ
AD
LIBRVM X.

EPIG. III. Constare gratis cùm silentium possit.] *Lellio hæc debita Britan. & Palat. nam priùs legebatur*, Cùm stare gratis cum silentio possim. *quod tamen non viguiss: aut Calderini, hauriamus ex Notis eius, nostram repræsentantibus scripturam.*

Epig. IV. quod possit dicere vita; Meum est.] *Si cui illud* vita *displicet, is nôrit pro eâ facere locum alterum Epigrammatarii lib.* XII. *Epig.* LVII.

—— negant vitam
Ludimagistri mâne, nocte pistores.

nec abit nimium lib. VIII. *Epig.* III.

Agnoscat mores vita, legatque suos.

Libro quoque I. *Epig.* XLIX.

Non impudenter vita, quod reliquũ est, petit;
Cùm fama, quod satis est, habet.

Cicero etiam lib. III. *ad Quintum Fratrem Epist.* I. Quod me cohortaris ad ambitionem & ad laborem; faciam equidem: sed quando viuemus? *Huc quoque pertinent illæ Inscriptiones; vna paginâ* DCIX, 3:

AMICI DVM VIVIMVS, VIVAMVS:

altera pag. DCCLXI, 2.

VITA DVM VIVIS, VIVE. *&c.*

Epig. XI. Qui donat quamuis plurima, plura negat.] *Mirum ni acumen istud hausit à Tacito. is enim lib.* XIII. *Annal.* Sed Agrippina non his instrui cultũs suos, sed ceteris arceri proclamat, *&c. Videatur & Plutarchus in Quæstione illâ Rom.* Cur donationes inter maritũ & vxorẽ interdictæ sint.

Epig. XII. permitto libenter.] *Ita hercle, hanc*

scripturam plurimis exemplis firmaui in Suspicionibus: inter quæ ista: Ouidius lib. IV. Metamorph.

——— tellure repulsum (Item,
Tollit onus plaustri: quod ne permittat in ho-
Ipsa facit grauitas. *Iterum:*
Immanem scopulũ medias permisit in vndas.

Quapropter vbi agitur de Antæo lib. IV. Metamorph.

——— morientis in artus
Non potuit nati Tellus submittere vires,

ne refugiamus reuocare omnium ferè mss. lectionem, permittere vires. *Reposui eam vocem aliquoties Senecæ Philosopho; iniuriéque adhuc periclitatur apud Tacitum lib. XI. Annal.* Adegit Parthos mittere ad Principem Rom. occultas preces, quîs permitti Meherdatem patrium ad fastigium orabant. *Sed nec recte illud Silii lib. XV. Punicorum, vers. 631.*

——— iam tela bibunt permissa cruorem,

mutatum it Modius in præmissa.

Ibidem Liuebitque] *Non quia nigrior rediret, vt videntur sentire neoterici Notatores, sed quia eum colorem contraxerat vitâ tranquillâ, miniméque seruili. Eodem modo Palatini inuidebãt Lucifugæ illi, qui exclamabant:* O Vacia! solus scis viuere, *Seneca Epist.* LV.

Epig. XIII. Candida Setini rũpant crystalla trientes.] *Calore scilicet suo. noster lib.* IX. *Epig.* LXXIII.

Rumpis & ardenti madidus crystalla Falerno.

Nihil est ineptius, quàm alias adhuc aucupari interpretationes cum nuper-natis Commentatoribus.

Epig. XVII. Saturnalitio Macrum fraudare tributo.] *Locus iste lucem dabit & accipiet ab Seneca verbis lib.* VI. *Benef. cap.* XXXVIII. Optant ergo, non tantùm vt accipiant, quod turpi seruitute meruerunt, sed etiã vt tributo graui liberentur.

Epig. XXIV. Sed vitæ tribus aureis peractis.] *Illud* tribus aureis, *nauci non est. nihil apertius eo, quod extat adhuc in vett. edd. & diuinè interpretatur ad Manilium Scaliger,* tribus areis.

Ibid. Post hæc tempora &c.] *Expensis variis codicum lectionibus, conieci legendum:*

Post hunc Nestora, nec diem rogabo:

& adhuc placet. ei tamen confirmandæ adiiciatur licet Epigramma Antipatri Græcum, quod visitur lib. I. Antholog. cap. XXXIV. *nec aliter fere locutus est noster lib.* II. *Epig.* XII.

Te potare decet gemmâ, qui Mentora frangis.
etiam lib. II. *Epig.* XXIX.

Quæque Tyron toties epotauere lacernæ.
Sic & Iuuenalis Sat. XII. *verſ.* 128.

Viuat Pacuuius, quæſo, vel Neſtora totum.

Epig. XLIV. & Nomentana relinques Otia?] *Præpoſuerim Palat. ſcripturam*, relinquis.

Epig. LXII. Idus dormiant in Octobris] *Non diſplicet lectio Palat.* Octobres.

Epig. LXXXIX. Iudice conuictas non dubitante Deas.] *Acquieuerim potius ſcripturæ veterum editionum, quæ & in aliquot mſſ.* coniunctas.

Epig. XC. Ligella.] *Palat. noſter* Ligeia, *vt forſan eadem ſit cum illâ, cuius meminit lib.* XII. *Epig.* VII.

Epig. CIII. Municipes anguſta mihi quos Bilbilis agri Mõte creat.] *Poſtremus Commẽtator reuocat* anguſta; *mutátque illud* agri *in* alto. *ſed vbi quæſo liber (præter eũ quẽ laudat ad oram Iunius) in quo hæreat illud* alto? *deinde an nõ tunc perit lepida illa Poëtæ figura, quâ affirmat municipes ſuos nõ natos ex agro, ſed ex mõte? At inquit; paruã gratiã à popularibus iniret, ſi vocaret patriã agri anguſtam. quaſi ſcilicet ager etiã ipſi accreſceret, ſi eã mẽtiretur agri anguſtam? nimirũ laus illa putidiſſima eſt, quæ repugnat veritati: malítque turpis aliqua, vocari deformis, quàm audire Helena, &c. denique, quidnã præconii eſt in nomine proprio? vt nihil aufert, ita etiã nihil cõfert. Id ſanè ex vero ſenſit D. Auguſtus; de quo ſic Suetonius cap.* VII. Sed & à M. Antonio in epiſtolis per contumeliã ſæpe Thurinus appellatur: & ipſe nihil amplius, quàm mirari ſe reſcribit, pro opprobrio nomẽ prius ſibi obiici. *Et verò toto hoc Epigrammate nihil eſt quod propriè faciat ad honorem municipum ſuorũ: clauſula verò apertè mordet; quaſi indicet, metuere ſe, ne excipiatur pro meritis, eáq. propter ipſa etiã mihi ſemper plus quàm ſuſpecta fuit; cùm alioqui verbis præterea agreſte quid reſiperet.*

Epig. C I V. comes, i, libelle Flauo] *Ita nomen hoc exprimunt, & hoc versu, & duodecimo sequenti codd. nostri omnes. ideóque non est admittenda audacia eorum qui substituunt* Flaccum. *haud tamen etiam hic Flauus erit Alphius ille cuius meminit declamator Seneca, sed alius quis.*

NOTÆ
AD
LIBRVM XI.

EPIGR. X. Clarus fronde Iouis.] *Non ideò sic dicitur Memor, quòd poëtis ponerentur imagines honoratæ, vt voluit recens Censor; sed quia vicerat agone Capitolino; quemadmodum & Colinus lib.* I V. *Epig.* L I V. *at tale nihil singulatim de eo scriptum; quid tum? quin tu ipse probes potius, quercu coronatos fuisse omnes quibus honor datus imaginis.*

Epig. X X I I. Quàm quæ Delphitico, *&c.*] *Non satisfacit mihi explicatio Calderini. & variant mss. nam quart.* de physico. *Palat.* de phthisico. *& habeo sanè quibus vltimum illud tuear.*

Epig. X X I I I. nec in clarâ balnea luce placent.] *Quia accedebat ad verpos. quod & intellexit Cæsar de adolescentiâ Germanorum, lib.* V I. *De Bello Gall. cap.* X X I: Qui diutissimè impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem: hoc ali staturam, ali vires, neruosque confirmari putant. Intra annum verò X X. feminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus: cuius rei nulla occultatio; quia & promiscuè in fluminibus perluuntur, & pellibus, aut paruis rhenonum tegumentis vtuntur, magnâ corporis parte nudâ. *quam interpretationem ante plures annos ita adprobaui V. C. Andreæ Schotto, vt eam nuper Obseruationibus*

bus suis immiscuerit. [lib. I I. cap. X I I, sub finem.]

Epig. X X V. Ad Labullum] *Palat.* Fabullum *heic agnoscit, non* Labullum.

Epig. X X I X. Inuasit medicus ficâ phreneticus] *Palat.* medicina fica: *ex quo fiat facile,*

Inuasit medici Nasica phreneticus.

quod verius putem.

Epig. X X X I I. Vt condat.] *Non abhorret ab scripturâ Palatini; in quo,* Vt credat. *Versus autem sequens in eadem, non abit à vulgata:*

In rutæ folium capelliana.

Epig. X L V. Bruto Consule natus.] *Ferè malim cum Palat.* notus; *vt iam tum grandior fuerit.*

Epig. L I I. Rara vel æterno.] *Cum proximè præcesserit* rara, *iam ferè malim cum Iunio* Rura; *vt innuat & Georgica scripsisse.*

Epig. L V I I. fracta facit vrceus ansâ.] *Pauperiorum est vti adhuc supellectili mutilâ ac curtâ. quod dico, ne cum recentissimis Commentatoribus fiereto faciamus hunc Charemona. consulatur vel noster lib.* X I I. *Epig.* X X X I I, *& alibi.*

Ibid. eadem nocte dieque toga.] *Vestimenta veteribus etiam in vsu de nocte, pluribus ostendi in Suspicionibus vbi & locum Senecæ restituo, sic lis stramentis, Epistolâ* L X V I I.

Epig. L X I. marmoreamque putes.] *Malim sequi Palat. in quo,* marmoreumve.

Epig. L X V I. cras mihi natus eris] *Longius huc accersunt sua neoterici Commentatores. ego simplicius putarim, auctorem malle se postero die inuitari quàm priore, ob turbam, &c.*

Epig. X C I. Dispeream, si scis.] *Palat.* nisi; *Britannicus* ni. *quod examinent alii; nam mihi maioris videtur acuminis, quàm alterum.*

Epig. C V I I. Albi Maxime, si vacas habere.] *Proba lectio;* habere *enim notat* auere; *atque, si potes ferre, vt te inter postve alios salutem. Sic lib.* I. *Epig.* L I V.

Si quid, Fusce, vacas adhuc amari.

NOTÆ
AD
LIBRVM XII.

EPIGR. X. & tamen captat.] *vocula* & *non visitur in Palatino; malimque abesse.*

Epig. XVII. per niueam.] *Ita mſ. non poſt. comparetur ad alia loca; & redi, ſi lubet, ad Epig.* XC. *lib.* IX. *& lib.* V. *Epig.* LXIV.

Epig. XVIII. Clamoſâ, Iuuenalis, in Suburrâ] *Officio tuo ſcilicet demeriturus Stellam, cuius ædes eò loci; vt patet ex libri huius Epigrammate* III.

Ibid. Aut collem dominæ teris Dianæ] *Salutaturus Suram, cuius ædes ibi collocat noſter lib.* VI. *Epig.* LXIV. *quem cur Commentatores nuperi* Palfurium *potius faciant, quàm* Licinium, *nihil video cauſſæ.*

Ibid. Ingenti fruor improboque ſomno] *Non ſatisfacit mihi illud* Ingenti: *malim* Vrgenti. *Palatinus retinet,* Ingentis; *vnde extricari poſſet* Lugentis; *tamquam hereditatem morte ſuorum adepti profundiùs dormiant. ſed videtur coactius, quàm vt etiam placeat. Forſan latet vox quæ notet aut ſolum dormiiſſe, aut non inquietatum ſtrepitu turbæ in ſuam rem occupatæ, &c.*

Ibid. Læuis ponere &c.] *Ad cutem tonſus, interpretantur Neoterici. inficetè, meo iudicio. Vult potiùs, nihil adhuc ei fuiſſe lanuginis; quemadmodum* læues pueros *poſuit lib.* XI. *Epig.* XXIII.

Epig. XXXI. clusis anguilla domeſtica lymphis.] *Vult Palatinus reponamus,* Nymphis.

Epig. LVII. Tritum nitenti fuſte verberat ſaxum.] *Palatinus* veſte; *forſan voluit* vecte.

Epig. LXII. Et pater & frugi] *Non ſolùm Grammatici reiiciant, neſcio cuius,* Et paterâ, & frugi, *ſed & eorum diſcipuli: nullo enim modo cohærent prioribus.*

ribus. nimirum liberalitas aberat eis quibus liberi. vnde noster lib. VI. *Epig.* XXVII.

Cæcuba non solos vindemia nutriat orbos:
Possunt & patres viuere, crede mihi.

addatur Epig. huius libri LIII. *vbi loco* Paterne, *reposui ex fide membranarum* patérve. *Sed quid? quod ego manu dono dexterâ, Commentatores excipiunt sinistrâ; malúntque glandes suas præ nostris frugibus. imò vt eis ego aliquid potiùs debeam, quàm ipsi nobis; editione meâ Martialis relictâ, quæ veram præfert lectionem, Notis inhærent, typothetarúmque sphalmata mihi ascribunt; vt ille qui in Curis secundis*, enterolicum *censorum nostrum notat, Epig.* LXX. *huius libri; cùm disertè textus habeat* enterocelicum. *Sed valeant eiusce notæ Racematores; suaque scabiei nil timeant ab vnguibus meis.*

Epig. LXX. patruo venêre trecenta.] *Sic Palatinus noster: cui si attendisset paullulum ille, qui mei non meminit, nisi cùm carpit; numquam dixisset, Apro per irrisionem diuitias tribuere Martialem, quasi diues factus fuisset nummis trecentis. At quomodo quæso tali pecuniâ compararet sibi Aper diatreta, quomodo quinque comatos? Vult potiùs auctor largiùs potasse in balneis Aprum, vt ostentaret pretiosam supellectilem, pretiosam familiam, aliáque. Lucem loco dabit Epigramma* LXXIX, *libri* V.

Vndecies vnâ surrexti, Zoile, cenâ; *&c.*

Epig. LXXIV. Cùm tibi Niliacus portet crystalla cataplus;] *Non displicet Palat.* Dum tibi Niliacus portat; *vt innuat iam classem fuisse in mari, quæ ei suppeditaret crystallina.*

Epig. XCIII. Mœchus protinus] *Malim cum Palatino*, proximus; *vel propter* statim, *quod sequitur versu sequenti.*

Epig. XCVI. sollicitetque] *Præstat* sollicitétve, *vt est in Palat.*

NOTÆ AD LIBRVM XIII, SEV XENIORVM.

Epigr. LI. vel massa licebit.] *Apage hinc* massam, *interpretationésque eius infìcetas, scribamus cum Palat.* missa, *sententiâ valdè perspicuâ.*

Epig. LXXIV. Dulcia defectâ modulatur] *Non de nihilo est quòd feruet Palat.* deficiens.

Epig. LXXVI. Viuum da mare.] *Satis capio lepôrem epigrammatis: sed forsan magis se diffunderet, si literâ mutatâ fieret* vinum. *Verum de eo viderint Apicii nepotes. Palat. profectò non nimium abit à tali scripturâ; habétque præterea versu præcedenti* auecto, *non* aduecto.

Epig. LXXIX. Veni modò concha Lucrino] *Præfert ms. Palat.* Lucrina.

Epig. LXXXI. æquoreis qui venit obesus ab vndis.] *Non vacat adire macellum, & cupediarios, itaque siquis ita otiosus est, vt his illíve vacet, sciat legi in Palatino*, adesus.

Epig. LXXXV. sint lauta licet.] *Aliud valt Palat in quo*, pauca.

Epig. LXXXVI. Laneus Euganei.] *Dicam quod quotidie video. Carpos & lucios cùm immitto salientibus aquæ frigidioris, intra* X. *diem fiunt supra cutem quasi lanei; villos certè exhibent toto dorso notabiles colore cineritio: ii præsertim, quos piscatores vendunt familiæ meæ pro Rhenanis, cùm sint lacustres. faciátne istud Martiali interpretando, diiudicent quibus palatum sapit.*

Epigr.

Epig. LXXXIX. si quid me iudice certum est.] *Ita locutus & noster lib.* IX. *Epig.* XLII. me quoque iudice verum est.

Epig. CX. Expressit mulsum Consul.] *Etiam Palatinus habet* mustum: *rectè; vt velit eius fuisse maturitatis, vt adhuc suo anno inde biberit Consul.*

NOTÆ
AD
LIBRVM XIV,
SEV
APOPHORETORVM.

EPIGR. VII. Quod minimos cernis] *Cùm non assequerer vulgatorum verborum sententiam, rescripsi pro* nummos, minimos; *quomodo fortè restat in Palatino nostro. Optimè, inquam. Hinc alibi:*

Raptim scribere, sed Vitellianis:

lib. II. *Epig.* VI.

Epig. XXVII. In Pompeiano tectus spectabo theatro.] *Vim verbis meis infert, qui prodit me pro* tectus *rescribere* te cum. *numquam id profectò factum. adeantur modò Notæ meæ, vel ex primâ editione.*

Epig. XXXVI. Texantur reliquâ tecta] *Palat. noster,* Texantur cetera.

Epig. LIII. Si tibi purpureo &c.] *Ms. noster,* puluereo. *quod versabunt in omnes partes qui volent.*

Epig. LXV. hic habitare potes.] *Reponendum* potest, *quamuis in Calderinianis aliisque compareat prius.*

Epig. CLVI. mensa vocat.] *Præposuerim Palatinum*, citat.

Epig. CLXII. Splendida cùm volitent.] *Emendandum auctore Palat.* volitant.

APPENDICVLAE NOTARVM
IANI GRVTERI
IN MARTIALEM
FINIS.

IOSE-

IOSEPHI SCALIGERI IVL. CÆS. FIL.

DIATRIBE CRITICA;

Qua

THEODORI MARCILII.

Commentarius Notæque in Epigrammata de Cæsaris Amphitheatro & Venationibus, ordine expunguntur, Auctorque pluribus locis illustratur.

Ex Museo

PETRI SCRIVERII.

IOSEPHVS SCALIGER
PETRO SCRIVERIO suo
S. P. D.

NVDIVS SEXTVS, quum de Interpretibus Martialis ageremus, mi Scriueri, multa de ineptiis & fastu Theodori Marcilii inter alia disseruimus. Hortabarq. te ad refutationem illius arrogantissimi pariter & imperitissimi Commentatoris. Sed tu causatus nescio quæ friuola, â nullo alio quàm â meipso hoc fieri posse melius aiebas. Quare diebus hisce feriatis subsiciuum aliquod tempus nactus, Diatriben hanc carptim exaraui de ineptiis, barbarie, inscitiâ & arrogantiâ Ludimagistri. Equidem testor, nisi ipse Marcilius nullius viri docti rationem haberet, & omnes primæ notæ Scriptores derideret, me nihil de eo dicturum fuisse; sed vanissimi hominis petulantiâ coactum, eius barbariem & inscitiam omnibus prodere. Rideámne igitur an deplorem inane Pædagogorum cymbalum, dubito. Sed rideam, optimum est

Saturnalibus optimo dierum.

Et primò barbariem morum, qui dissimulat vnde profecerit; eos, quibus plurimùm debet, & quibus præeuntibus multa didicit, inciuiliter & iniustè carpat: deinde barbariem in locutione, & obsoletæ antiquitatis febriculosam affectationem. qualia illa: *Fatuellus, propriatim, fortean, nec rectè, Romanicè, rescribillare, rectè ritéque, stultulè:* & aliæ eiusmodi, vt Augustus loquebatur, fœtutinæ. Itaque sic se comparauit, vt etiam si velit, ne tria quidem verba Latinè possit dicere. Præterea Martialem semper *Coquum* vocat, quasi id necesse sit, quia legitur in Lampridio. imò non debuit ita vocari, nisi causam nominis sciamus. Deinde Ouidium in libro primo *nequitiæ*, non *de arte.*

Noui Romani, pro Constantinopolitanis. Etiam docti, qui sciunt Constantinopolim *νέαν Ῥώμην* dici, hærebunt in primo coniēctu oculorum. Sic Ouidius lib. II. *Mutata forma*: & alia perplurima affectationis pædagogicæ dehonestamenta. Sed hæc nihili sunt, & possunt dissimulari præ inscitiâ eius: quæ tanta est, vt mirer hominem tot auctorum lectione nihil profecisse. Sed tempus est equos de carceribus emittere.

Primùm (pag. v.) de *Pancarpo*, de quo ante eum docti verba fecerant, quàm ineptè locum Augustini accipit, libello quo respondet Secundino Manichæo (cap. XXIII.) Vbi *concarpum*, & *comparcum* imperiti librarii fecerunt ex *omnicarpum*. Ipse vult Augustinum alludere agnominatione ad *Pancarpum*. Itaque vbi imperiti fecerunt *conparcum*, aut *concarpum*, corrigendum *Pancarpum*. *παρὰ τὸ πᾶν καὶ τὸ κείρω*. Quod tamen verbum nos confidenter negamus Græcum esse, quamuis analogicè compositum. Præterea Augustino nunquam potuisse eius verbi in mentem venire, qui in omnibus scriptis suis palàm profitetur se nescire Græcè: tantum abest, vt verbum nihili ipse confingere voluerit: quod nemo vel Græcè peritissimus agnoscat, non magis quàm *παγγλυκύφωνος*. quod nihil aliud quàm inscitiam Hellenismi, cuius tamen se primarium venditat, arguit. Porrò non consuluit librum Augustini. Hoc manifestò colligitur ex eius hallucinatione. Sed locum ita, vt ab aliis productum reperit, emendare conatus est, non adhibito in consilium Augustino ipso. cuius hæc mens est: *Pancarpus* est compositum ex duobus Græcis, idque est *omnis fructus*. Iam vertamus Latinè; prius membrum, id est *πᾶν* in *omne*, tota compositio erit Latina, eritque *omnicarpus*. is, inquit Augustinus, est Deus vester, ô Manichæi, *omniferitate discerptus*. At scioli, quum lectionis compendium *Oicarpus* assequi non possent, ex eo *Concarpus*, alii postea *Comparcum* fecerant. Vides quàm argutè luserit

rit Augustinus in Deum Manichæorum: quod satis est ad eludendum phreneticum illud παγκάρπον. quod quis Græcè doctus intelligit?

Quod de *parabolanis* (pag. VI.) dicit, melius explicat Commentarius noster in Manilium, vnde dissimulat se accepisse.

EPIGRAMMA I.

Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis,
Assiduus iactet nec Babylona labor:
Nec Triuia templo molles laudentur honores,
Dissimuletque Deum cornibus ara frequens.
Aëre nec vacuo pendentia Mausolea
Laudibus immodicis Cares in astra ferant.
Omnis Cæsareo cedat labor Amphitheatro:
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Quid meruit, quòd *barbara* coniungit cum *Memphis*, non cum *miracula*? Itaque hoc modo *regia* non referetur ad *miracula* in illo: (lib. VIII. Ep. XXXVI.)

Regia Pyramidum, Cæsar, miracula ride.

Inepti commenti ineptam rationem reddit. Oro tamen Lectorem, vt risum tantisper abstineat, dum ille rationem reddit, quare *barbara Memphis* dicitur: *quia*, inquit, *non debet loqui.* Barbari enim sunt ἄφωνοι. Itaque miseræ Memphidi indicit silentium, & omnes barbaros vult esse ἀφώνες. Vapulet ergo Homerus, apud quem βαρβαροφώνες legimus: quomodo ἄφωνοι sunt, si βαρβαρόφωνοι?

Sed longè acutius, quod τὸ *sileat* refert ad ἠχὼ, quæ erat in Pyramidibus. Atqui Memphis iubetur silere, quæ non habebat illam ἠχώ. Quid dicet acutus Interpres?

Cognatum huic somnium est, quòd τὸ *iactet* refert ad epitheton Babyloni attributum. ὑψίπυλος enim à nescio quo dicta. Absque illo epitheto foret, non imperatum illi esset silentium.

Assiduus

Assiduus labor.) De hoc loco ignoscamus illi: quia alios socios habet erroris; qui quamuis moniti, aut vero conuicti, nunquam pertinaciæ finem faciunt. Quantum enim hallucinantur, qui per *assiduum laborem* muros Babylonis intelligunt! *Assiduum* est, quod semper est in motu, neque finem habet. Si igitur *assiduus labor* est opus murorum Babyloniorum, ergò nondum finitum erat opus. Quomodo opus nondum finitum laudari possit, non video. Atqui luce clarius dixit, *neque homines assiduò laborent in laudandâ Babylone, neque Cares immodici sint in extollendo Mausoleo.* Nam *assiduus labor* laudandi intelligitur; non autem ædificandi, vt ineptissimè exponitur: quemadmodum infrà *immodicæ laudes* dicuntur. Et quum hæc tam clara sint, vt pertinaciæ oculos perstringant, quid causæ dicam, homines ἅπτειν λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ. Iam Turnebus hoc indicarat, (Aduersar. lib. XVII. cap. II.) & merebatur assensum apud æquos lectores. Non assecutus est. Non sunt æqui lectores.

Quæ de *mollibus honoribus* dicit, merebantur alapas Panniculi, nisi aliò properandum esset. Iamdudum correximus, & tibi, mi Scriueri, aliisque amicis legendum indicauimus, *Iônes* pro *honores.* qui *Iônes* compendium putarunt, pro eo *honores* interpretati sunt. Inepti homines! Hæc correctio expressa nobis est in Græcis nostris, & eludit omnia somnia, quæ olim docti, & nuper indocti in illum locum de *honoribus mollibus* effutiuerunt. Quas nugas refellere, est bonas horas perdere.

Hoc verò non est de triuiali monetâ, quòd *templo* pro *templi* à Martiale dictum vult. vt illud μαςίζει μοὶ μητέρες, id est, μαςίζει μου. Itaque secundùm hanc doctrinam apud Demosthenem quod occurrit toties, ἀνάγνωθι μοὶ τὸν νόμον, erit τὸν νόμον μου, & ex Demosthene Solonem faciemus. *Vel,* inquit, *templo* ἑλληνικῶς pro eo quòd est *cum templo*; vt illud, *omnibus armis*, id est, *cum omnibus armis.* Sed ignoscat mihi Magister, in hac figurâ

non

non casus substantiui solus hoc facit, sed pronomen ἀυτὸ. hoc enim accedens habet vim coniunctionis συν, ἀυτοῖς ἀνδράσιν, ἀυτοῖς ὅπλοις, hoc est, συν ἀνδράσι, συν ὅπλοις. Apud Virgilium verò τὸ *omnibus* eandem vim habet: sine quo nihil tale esset. Itaque *omnibus armis*, est simpliciter pro eo, quod est, *cum armis*. Mirum est acumen Censoris.

Omnem verò subtilitatem(pag. x.)superat consideratio intentionis Martialis super laudibus Amphitheatri. Certè quantum est Criticorum, Grammaticorum, Rhetorum, nunquam hoc animaduertissent. Laudat Martialis Amphitheatrum ἀπὸ τοῦ ἐργώδους; ideò dixit *labor*: ab altitudine; ideò *pendentia Mausolea:* à miraculo; vnde *Pyramidum miracula*: à structurâ; inductione à rebus singulis ad vniuersum, propterea intulit *omnis*. Vapulate omnes Interpretes, qui nunquam talia aduertistis. Itaque septem mundi miraculorum conditores, quanquam diuersis temporum interuallis vixerint, nihilominus tamen conuenerunt in vnum, capita contulerunt, hoc solo fine construxerunt illa immania opera, vt vincerentur à singulis partibus Amphitheatri, quod tanto post illos tempore à Tito extructum fuit. Sed hoc nihil est. Prodeat Vitruuius & Architectorum natio: nunquam præstabunt, quod nos monet Magister: vt construant *Mausoleum eo artificio, vt quamuis sit columnis subnixum, tamen sine fulmento videatur suspensum in aëre.* Itaque columnæ illæ sunt λόγῳ θεωρητῷ. Architectura mira est. Quid dices de Astronomiâ, Epigrammate sequenti?

EPIGRAMMA II.

Hic vbi sidereus propiùs videt astra colossus,
Et crescunt mediâ pegmata celsa viâ;
Inuidiosa feri radiabant atria regis,
Vnáque iam totâ stabat in vrbe domus.
Hic, vbi conspicui venerabilis Amphitheatri
Erigitur moles, stagna Neronis erant.

Hic vbi miramur velocia munera thermas,
Abstulerat miseris tecta superbus ager.
Claudia diffusas vbi porticus explicat vmbras,
Vltima pars aulæ deficientis erat.
Reddita Roma sibi est: & sunt, te præside, Cæsar,
Deliciæ populi, quæ fuerant domini.

Mira, inquam, Astronomia! *Colossus propiùs videt astra:* quia Sol & Planetæ βλέπειν dicuntur. Verum est hoc canere Manilium, & exquisitè disputatum à nobis in Commentario. Sed quid tum? Volebat nos nescire sese esse astronomon. Et Architecturam, & Astronomicen longo interuallo superat eius Mechanice. Non repeto de Mausoleo columnis λόγῳ θεωρητῶς suspenso. De quo satis dictum iam anteà est, ad Epigramma I.

Et crescunt mediâ pegmata celsa viâ.) Pegmata ex sententiâ Magistri non sunt apud Martialem contabulata, aut contignationum lignearum fabricæ, vt hactenus inepti Interpretes exponunt. Quid ergo? *Pegmata* sunt Colossus. Et *crescunt:* quia prope Cliuum. Et alia, quæ miraculo suo perstringunt mihi animi oculos, vt acumen Magistri cernere non possim.

Producámne interpretationem verborum Luciani? (pag. XIII.) an imperitiam? *Vegrandes,* μεγάλους. Varroni & Ouidio contrà *Vegrandia farra.* an ineptiam? *popellum,* πλῆθος. οἰκου-ροῦν, *domi seruantem.* Itaque, quantum video, non solus *Sannio seruat domi.* ἐμπολιτευόμενον, *quorum subinde respublica.* Quid verbis opus est?

——— nil non laudabile vidi:
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.

Quis non stupeat ad hæc miracula?

Stabat in vrbe domus) Inuidiosè dictum vult: quia domus Neroniana totam ferè vrbem occupabat. Ergo (lib. VIII. epigr. LI.) *Stat caper in phialâ;* occupat totam phialam, neque relinquit locum parergis, ne ipsi quidem Cupidini, nisi insideret eius tergo.

Te

Te præside) Quia Cæsar, inquit, præses spectaculorum. Pareamus Magistro: & dicamus Domitianum, quum reuocaret Legem Iuliam, & edictum faceret de non castrandis pueris, præsedisse ludis. Ita enim accipiendum fuerit (lib. VI. ep. II.)

Nec spado iam, nec mœchus erit, te præside, quisquam.

EPIGRAMMA III.

Quæ tam seposita est, quæ gens tam barbara, Cæsar,
Ex qua spectator non sit in vrbe tua?
Venit ab Orpheo cultor Rhodopeius Hæmo,
Venit & epoto Sarmata pastus equo,
Et qui prima bibit deprensi flumina Nili,
Et quem supremæ Tethyos vnda ferit.
Festinauit Arabs, festinauêre Sabæi,
Et Cilices nimbis hic maduêre suis.
Crinibus in nodum tortis venêre Sicambri,
Atque aliter tortis crinibus Æthiopes.
Vox diuersa sonat: populorum est vox tamen vna,
Cùm verus patriæ diceris esse pater.

In vrbe tua) Quia *Roma vrbs Domitiani, quam penè totam instaurauerit incensam à Nerone.* Valeant omnes igitur Scriptores, qui apud Imperatores de Vrbe verba facientes *Vrbem tuam, Vrbem vestram* dicunt. Valeat Inscriptio vetus Romana:

Ad portam Esquilinam:

Imp. Cæs. M. Aurelius. Antoninus. Pius Felix. Aug. Parth. Maxim. Brit. Maximus. Pontifex. Maximus. Aquam. Marciam. variIs. kasibus. impeditam. purgato. fonte. excisis. et. perforatis montibus. restituta. forma. adquisito. etiam. fonte. nouo. Antoniano. in sacram. vrbem. suam. perducendam. curauit. Imp. Titus. Cæsar. Diui. F.

 Vespa-

Vespasianus. Aug. Pontifex. Max. Tribuniciæ potestat. IX. Imp. XV. cens. cos. VII. desig. VIII. riuom. aquæ. Marciæ. vetustate. dilapsum. refecit et. aquam. quæ. in. vsu. esse. desierat. reduxit.

Gruterus Inscript. pag. CLXXVI. ex Smetio, qui vidit.

Et qui prima bibit deprensi flumina Nili.) Fac præco audientiam. Audite, quæ nescitis, quæ nunquã audiuistis! *Iucundè scilicet Nilus bibitur: quoniam aqua eius dulcissima.* Non mirum ergò, si Horatius dixit *Rhodani potor*: quia Arelatenses nullam aliam aquam bibunt, quàm Rhodanicam. Sed quid faciemus Sicambris & Francis non video, qui *paludes* quoque *Rheni bibere* dicuntur apud Sidonium, quas nullus Gelder aut Hollandus vnquam gustauit.

Liberalis est: promit thesauros de penu pectoris sui. Si quid enim exquisitum ἐπεμυθώσατο, hoc nõ inuidet lectori: vt (pag. XVII.) de simultatibus inter Sallustium & Ciceronem, quas veras probat ex Hieronymo. Itaque debebat adiicere Paullum Apostolum scripsisse ad Senecam: quia id credidit Hieronymus: & sexcenta talia, quæ Hieronymus facilè persuaserit Lectori magis credulo quàm erudito.

Cilicum pomaria (pag. XVIII.) pro *hortis pensilibus Babyloniæ*: quia Media fuit pars Ciliciæ, quæ posteà ab Assyriis subiugata. Ergò *Cilicum pomaria* sunt *horti pensiles Babyloniæ*. Præter acetum syllogismi, est quod sapor interpretationis tibi salinam moueat. Locus est lib. VIII. Ep. XIV.

Pallida ne Cilicum timeant pomaria brumam, &c. Martialis ait in ædibus amici sui pomaria intra munimenta vitreá contineri diebus hibernis; ne lædantur à frigore. Itaque amicus ille, vt vult Magi-

Magister, est dominus horti pensilis Babyloniæ: quia Cilicia pars Mediæ. & alia quæ non possum colligere per imperitiam meam. Nam ille feliciùs hoc dicet, quàm ego. Sciendum verò, quicquid illi inter legendum occurrit, quod aliquâ animaduersione dignum sit, id eum statim arripere; &, quod aliâs dixi, vnde acceperit, dissimulare. quod illi accidit in hoc loco Martialis: ad quem quum Calderinus admoneret ex Plinio de hortis ambulatilibus, qui rotis impositi proferrentur in apricum, & tempestatibus hybernis reconderentur sub tectis, id ille ita accepit, tanquam ad hunc locum Martialis faceret: quum tamen nihil tale in animo haberet Martialis: vt iam ostendimus. Ibi enim *Cilicum pomaria*, sunt *mala citrea*: quæ quum primùm in Italiam translata ex Ciliciâ fuissent, ægrè illud cœlum tolerare potuerunt: donec assiduâ curâ illi solo & cœlo familiaria fierent.

Nihil dicam, quæ (pag. ead. & seq.) de *sparsione crocinâ Theatri* interpolauit ex aliis Scriptoribus, qui meliùs, quàm ille primùm id aperuerunt.

Quid dicam de infelicitate emendationum? Nunquam magis est similis sui, quàm vbi medicas manus vlceri alicui admouet. Carnificina potiùs est, quàm medicina. Rem tibi auctorem dabo. Verba Cornelii Taciti de Sueuis: *Apud Sueuos, vsque ad canitiem, horrentem capillum retrò sequuntur, ac sæpe in ipso solo vertice religant.* Pro *retrò sequuntur*, ipse (pag. xx.) reformat *retrorsum*. Dolerem certè, si hîc cogerer mutare sententiam, qui de infelicitate eius correctionum iam dixi. Legendum enim *horrentem capillum retrosequus, ac sæpe in ipso solo vertice religant.* Dictum *Retrosequus*, vt *vtrinsequus*, *postsequus* in veteribus Glossis. Item *insecus* εἰς ἔγγυς, in iisdem Glossis. Et qui non videt ita Cornelium scripsisse, infeliciore ingenio esse oportet, quàm Correctorem. Eadem infelicitas in loco Lucilii (pag. xxx.) apud Nonium:

nium: *Broncu' Noui lanius.* De *Gyaris* (pag. XXII.) infrà dicetur.

EPIGRAMMA IV.

Turba grauis paci, placidæque inimica quieti,
Quæ semper miseras sollicitabat opes,
Traducta est Gyaris, nec cepit arenà nocentes,
Et delator habet, quod dabat, exilium.
Exulat Ausoniâ profugus delator ab vrbe:
Impensis vitam Principis annumeres.

' *Traducta est Gyaris*) Imò *Tradita Getulis*, quæ est omnium scriptorum Codicum', & vetustissimarum editionum lectio, quam primus solicitauit homo pædagogicæ confidentiæ, & Grammaticæ maledicentiæ Georgius Merula. Legit enim *Traducti Gyaris.* Si Imperatores, qui leges condunt, legibus soluti sunt, cur non idem liceat Grammaticis? Ipsi condunt canonas Grammaticos, & vbi placuit, negligunt. Vt ecce, quis Grammaticus canon tueri poterit *Traducere Gyaris?* quæ loquendi figura hæc? Saltem dixissent *Gyaros*; Latinè locuti essent. Sed vereor ne Latini *Gyara*, non *Gyari* dixerint. Meliùs ergò dixissent *Traducta est Gyaron.* Sic non haberet Grammatica, quod expostularet. Sed non propterea ex toto satisfieret Martiali. Ex ipsius verbis, non ex iudicio Grammaticorum mentem Poëtæ perpendamus.

Nec cepit arena nocentes) In arenam ait missos. Ergò quæ antecedunt, idem significant. Quod verum est. Getuli enim sunt ἐπιστάται τῶν λεόντων, vt Indi ἐπιστάται τῶν ἐλεφάντων. Quid clarius nunc? Traditi sunt magistris leonum, vt eos leonibus suis obiicerent. Et quum arena non caperet tantum numerum delatorum, nunc delator habet exilium. pulsus est in exilium delator. An non hæc meliora sunt, quàm solœcismi τυμβογέροντος illius maledicentissimi, qui primus tam manifestam lectionem mutare ausus est?

Exulat

Exulat Ausoniâ) Eſt eiuſdem argumenti; ſed aliud Epigramma.

EPIGRAMMA VI.

Belliger inuictis quòd Mars tibi ſæuit in armis,
Non ſatis eſt, Cæſar, ſæuit & ipſa Venus.
Proſtratum Nemees & vaſtâ in valle leonem,
Nobile & Herculeum fama canebat opus.
Priſca fides taceat: nam poſt tua munera Cæſar
Hæc iam fœmineâ vidimus acta manu.

Proſtratum Nemees & vaſtâ in valle leonem.) Procul dubio legendum *& vaſtum valle.* Imò τὸ *Et* iteratur: quia dicit & leonem & Herculeum opus. τὸν τελέσαντα, καὶ τὸ ἀνδραγάθημα ἡρακλεῖον.

EPIGRAMMA VII.

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus
Aſſiduam nimio pectore pauit auem:
Nuda Caledonio ſic pectora præbuit vrſo,
Non falsâ pendens in cruce Laureolus.
Viuebant laceri membris ſtillantibus artus,
Inque omni nuſquam corpore corpus erat.
Denique ſupplicium dederat necis ille paternæ,
Vel domini iugulum foderat enſe nocens.
Templa vel arcano demens ſpoliauerat auro,
Subdiderat ſæuas vel tibi Roma faces.
Vicerat antiquæ ſceleratus crimina famæ,
In quo, quæ fuerat fabula, pœna fuit.

Aſſiduam nimio pectore.) Alii libri *nudo pectore.* ineptè: quod iteratum, quia in ſequenti verſu eſt, *Nuda pectora.* Atqui non *nimio pectore*, dicendum erat, ſed *nimio viſcere.* Et ita reponendum.

Sic pectora præbuit vrſo.) Rectè. At abſurdè quidam libri, *viſcera.* quod iteratum ex ſuperiore verſiculo.

Denique ſupplicium) Optimi ſunt verſus, & ſine quibus Epigramma hiat. Aſinus verò fuit librarius ille, qui & hinc luxatos aliò in ſedem alie-

alienam transtulit, & Panormitano attribuit.

EPIGRAMMA VIII.

Dædale Lucano cùm sic lacereris ab urso,
Quàm cuperes pennas tunc habuisse tuas.

Dicit Magister, hoc Epigramma de Dædalo subiici debuisse Epigrammati v. de Pasiphaë: quia, inquit, eadem historia est, & Domitianus Dædali historiam exhibuit. Vbi quis satis hallucinationem miretur? Nam non Dædalum volantem exhibuit Domitianus; sed maleficum, cui nomen Dædalo, obiecit urso lacerandum. Itaque ad nomen eius allusit Martialis, non ad rem gestam Dædali illius Cecropii.

EPIGRAMMA IX.

Præstitit exhibitus tota tibi Cæsar, arena,
Quæ non promisit, prælia rhinoceros.
O quàm terribiles exarsit pronus in iras!
Quantus erat cornu, cui pila taurus erat?

Quæ non promisit.) Quæ prœlia possit ne dicam rhinoceros, sed vlla alia bestia promittere, non video. Magister Parisiensis: *quia*, inquit, *non potuit à venatoribus irritari.* Ergò bestiam irritari, est *promittere prœlia.* Nugæ! Munerarii est promittere, non bestiæ. Ideò Domitianus promisit prœlia illa, non rhinoceros. Sic infrà de eodem:

Desperabantur promissi prœlia Martis.

Nam promiserat Domitianus se commissurum Rhinocerotem cum Vro. Itaque audacter lege, *Quæ non promisti.* Quo nihil verius. Promittebant autem Imperatores edicto. Suetonius Claudio XXI. *Quod vocauit Sportulam: quia primum daturus edixerat, velut ad subitam condictámque cœnam inuitare se populum.* Hoc igitur Martialis vult: Promisisti quidem commissurum rhinocerotem cum tauro: sed acriora prœlia spectauimus, quàm promisisti edicto tuo.

Cui

(cui pila taurus erat) Romanorum, vt puto, inuentum sunt strammei homines & fœnei ad proritandos tauros. horum duo genera. alterum, quod aculeis aut calcaribus instructum imponebatur bestiæ, vt quum commoueretur, acuminibus stimulata exardesceret, & magis efferaretur. hi propriè dicuntur ταυρεγκαθάπται, quòd tauris alligarentur. Id hodie alicubi fieri in ludicris taurorum audimus. alterum genus, quod veste rubrâ indutum obiiciebatur bestiæ, quo colore animalia magis efferari soleat. Quum Græci proprium nomen non habeant huius posterioris simulacri stramentitii, nos in nostris Græcis δείκελα χορτοπαγῆ vocauimus. Hæ *pilæ* propriè dicuntur; quia iactantur à tauro: non autem illæ, quæ animali imponebantur. Magister, quum ex Glossario producit ταυρεγκαθάπτης, putat esse, quas hîc Martialis intelligit. Quem falli, ex iis, quæ demonstrauimus, apparet.

EPIGRAMMA X.

Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum,
Ausus tam notas contemerare manus:
Sed dignas tanto persoluit crimine pœnas,
Et qui non tulerat verbera, tela tulit.
Quos decet esse hominum tali sub principe mores,
Qui iubet ingenium mitius esse feris?

Pag. XXXIII. In explicatione huius Epigrammatis quantũ Magister vectatur commento de *Cicurinis*, & loco Tertulliani, vt putat, à se restituto? Pammelius ex Hieronymo rectè *Cicuria Enniana* emendauit. Quî enim aliter potuit, quum ita digito indicet Hieronymus? Neque solùm Pammelius, qui fuit vir eruditus, sed & quiuis mediocriter doctus ita ex Hieronymo restituere potuisset. Sed solâ correctione non satisfactum est Tertulliano à Pammelio, nisi intelligamus, Hieronymum & Tertullianum Ironicè loqui. Nam *Cicur* non solùm τὸ ἥμερον significat, sed etiam

ἀγχίνοιαν, vt Poëta Vetus apud Varronem, *cicur ingenium obtineo*: Pacuuius apud Festum, *consilium cicur*. Quia igitur frequentius erat in vsu *ἀντὶ τοῦ ἡμέρου*, quàm *ἀντὶ τοῦ ἀγχίνου*, Ennius autem *ἀντὶ τοῦ ἀγχίνου* acceperat; propterea Tertullianus postquam *Cicuria ingenia* dixit, ne quis putaret accipiendum, quomodo vulgus solebat tempore Tertulliani, adiecit *Enniana*, id est, acuta, solertia, quomodo Ennius accepit. Quem interpretem Tertulliani dare possumus magis idoneum Hieronymo? Sed, vt diximus, Tertullianus *εἰρωνικῶς* accepit. Deridet enim commentum hæretici. Hæc est vera emendatio atque expositio illius loci apud Tertullianum, non quam venditat Magister: quem iugulat locum Hieronymi, qui procul dubio allusit ad illum Tertulliani, cuiusmodi infiniti alii apud eundem Hieronymum ex Tertulliano petiti. Quare, si, vt vult Magister, apud Tertullianum legendum est *ingenia cicurina*, ergo apud Hieronymum, qui vtitur iisdem verbis Tertulliani, quod negari non potest, legendum *simplices homines*, *& cicurini*. Atqui *cicurini* sunt cati, solertes, acuti? Quid hic faciet Correctoris acumen? Nam aliud sentit, imò contrarium Hieronymus. Dolerem, quod iam dixi, dolerem, inquam, si vnquam illi vlla bona emendatio excideret.

EPIGRAMMA XI.

Præceps sanguineâ dum se rotat vrsus arenâ,
Implicitam visco perdidit ille fugam.
Splendida iam tecto cessent venabula ferro,
Nec volet excussâ lancea torta manu.
Deprendat vacuo venator in aëre prædam,
Si captare feras aucupis arte placet.

Videamus, an Magister commentans in hoc Epigramma in restituendo Varrone felicior Criticus fuerit. (pag. xxxv.)

Viscum fugelineámque compedem.

Hæc

Hæc est lectio manuscripti Turonensis, & item Cuiaciani. Nos dicimus, quod sæpè solet, syllabam L E geminandam, & scribendum.

Viscum, fugelæ lineámque compedem.

aut, si hoc non placet,

Viscum fugai, lineámque compedem.

Nam quid lepidius, quid elegantius, quàm rete vocare *viscum fugæ leporinæ?* Quid melius excogitari potest? At Hadrianus Iunius *fugæ* mutauit in *sagenam:* quod est, tanquam si pro *Magistro*, *scarabeum* legeret. Hoc imitatur Magister, & contendit legendum *sagenam:* ita vt ipse quanquam deprauationis auctor non est; tamen velit videri. De hoc dolendum minimè est. De Iunio viro doctissimo laboramus. tum quòd τὸ *fugæ*, in tam dissimilem, tam alienam vocem mutauerit, hoc est *sagenam:* tum quòd non aduerterit absurditatem in hoc conatu. Nam sagenâ lepores non capiuntur, sed pisces. Quis hoc negabit? Vide, quò prutitus & cacoëthes Grammaticum impulerit, qui, ne recederet à more suo, maluit prauam correctionem Iunii sequi, & sibi attribuere, dissimulato, vt solet, hominis nomine, quàm veram sequi. Et hîc quoque est, quod nobis gratulemur de nostro iudicio, qui profitemur illum non meliorem Correctorem esse, quàm Interpretem.

Splendida iam cessent tecto venabula ferro) Lolio victitare ait (pag. xxxv.) qui hîc legunt *tecto*. Nã quomodo, inquit, tecto ferro venabula, quum potius latum ferrum sit venabulorum? Rectè colligit Magister, si ita sentiret Martialis. Sed non aduertit necessarium esse ad mentem auctoris τὸ *tecto*. Quando venatores referunt domum ex venatu venabula sua, ea tegunt inuolucris suis. Itaque venabula, dum domi sunt, tunc dicuntur esse tecto ferro. Iam, vt constat ex argumento, Martialis vult referri domum, & condi venabula, vtpote quorum vsus superfluus sit, quum aucupium occuparit locum venationis. An non ita est? annon hallucinatur Magister? qui legit,

recl.

recto ferro. quòd profectò ego non intelligo: non ego, non alius, qui Latinè intelligit. Atqui iam canebat ἐν Παιξὶ tam hic, quàm suprà, vbi lepores sagenâ capiebat. Quid igitur? Latum ferrum venabuli dicit, ὅτι πτέρυγας ἐκατέρωθεν δύο ἔχει. Mirum acumen! Ecce cultri longissima & angustissima lamina. aptentur illi πτέρυγα, hoc est, appendices ferreæ in commissura manubrii cum laminâ. Secundùm fabricam Magistri cultri lamina, quæ angustissima posita est, latissima facta est propter alas appendices. An non maligni sunt, qui tale ingenium, tam acre iudicium non mirantur? Confirmat autem ἐπιχείρημα loco Plinii ex lib. VIII. cap. VIII. *Prætereuntibus* (elephantis) *sagittarum venabula infigunt.* Nempe, inquit Censor, vt venabulorum, sic sagittarum ferro πτέρυγες. Quamuis ψελλίζει, tamen suspicor illum velle, quemadmodum venabula habent πτερύγια, ita etiam sagittæ. neque profectò aliter sentit. Sed vbi sunt illæ alæ sagittarum apud Plinium? Nihil magis ab eius mente alienum. Nam clarè ait ingentes arcus statui in terrâ; qui nonnisi à multis, iisdemque robustissimis & valentissimis, iuuenibus tendi possunt instar tormenti bellici, aut ballistæ magnæ. Ex quibus intensis pro sagittis venabula iaculabantur, tanquam scorpiones ex ballistâ. Quia igitur pro sagittis venabula illis ingentibus arcubus aptabantur, propterea vocat Plinius *sagittarum venabula,* id est, sagittaria venabula, τοξευτικὰ προβόλια. quæ quare πτέρυγα habere debeant, non video. Imò tantum abest vt illæ appendices hic locum habeant, vt contrà impedimento futuræ fuerint ad transfigendum elephantem. Appendices enim venabulis aptantur, ne ferrum vnà cum hastili aprum transadigat, & ita venator propior fiat apro, hoc est, morti, vt à bestiâ laceretur. Hæc igitur sagittaria venabula Plinii nullas omnino πτέρυγας habent; sed longissimum, acutissimum πρόβολον ad tam vastam molem corporis transfodien-

diendam. Satin' conſtat de acumine Magiſtri, cui nemo ſapit, cui omnes Scriptores, Turnebus, Cuiacius, Lipſius, Caſaubonius (quanti heroës, Deus immortalis!) delirare videntur.

EPIGRAMMA XIV.

Sus fera iam grauior, maturi pignora ventris
Emiſit fetum, vulnere facta parens.
Nec iacuit partus, ſed matre cadente cucurrit.
O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium!

O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium!) *Ingenium* eſt μηχανὴ, quomodo nos vertimus etiam. quanquam hic non planè eſt ita. Significat enim contrarium, aut certè valdè diuerſum. nempè κατόρθωμα. & in Epigrammate eiuſdem Martialis à nobis in Catalectis publicato eadem ſignificatio eſt:

Hoc pretium virtus ingenioſa tulit.

Nam ibi eſt κατορθωμάτια. Hoc notent ſtudioſi. Nam alibi non memini legere. Itaque *ingenium* hic eſt κατόρθωμα παρὰ προσδοκίαν, & quod citra conatum humanum accidit. quod mirum, quum *ingenium* ſit conatus, μῆχος, μηχανή. Et omninò quod fortunæ potius eſt, quàm induſtriæ.

EPIGRAMMA XV.

Summa tuæ Meleagre fuit quæ gloria famæ:
Quantula Carpophori portio, fuſus aper!
Ille & præcipiti venabula condidit vrſo,
Primus in Arctoi qui fuit arce poli:
Strauit & ignota ſpectandum mole leonem,
Herculeas potuit qui decuiſſe manus:
Et volucrem longo porrexit vulnere pardum.
Præmia cum laudis ferret, adhuc poterat.

Primus in Arctoi qui fuit arce poli) Poëticè, inquit, fingitur vrſus natus inter vrſas polares, vt hinc demiſſum in arenam, quemadmodum & Leonem lib. VIII. epigr. LV. *An magis Herculeo*,

leo. Atqui duo insignia hîc somnia: prius, quòd vult fictum à Martiale Leonem illum natum in cælo & demissum in arenam, quum sit Nemeæus Leo, de quo agitur. alterum, quòd ait, fictum à Martiale è regione Lunæ demissum hunc versum ex veterum fabulis. Vnde Seneca in Hercule Furente:

Sublimis alius Luna concipiat feras.

Ita Lunæ regio erit in Septentrione: hoc est, Zodiacus erit inter vtramque vrsam. Hæc est astrologia summi Magistri. qui famem fastidiosi Lectoris semper reficit nouis dapibus. non enim hæc proletaria, vt ipse vocat. Nemo enim hæc antea nec cogitauit quidem. Sed mittamus nugas. Non enim ex Arcto polari decidit, vt Nemeæus Leo è Lunæ regione, quod φλυάζει) Ludimagister: sed in Septentrionali terrarum parte, & climate Arctoo natum intelligit. Ecquis ignorat ibi vastissimos esse? Itaque legendum *in axe*, non *in arce*. *Axem* pro eminentiori parte terræ poni, aut edito loco, docemus in Propertium & Manilium. *In axe Arctoi poli*, ἐν τοῖς ἀρκτῴοις κλίμασι.

EPIGRAMMA XVI.

Raptus abit mediâ quòd ad æthera taurus arenâ,
Non fuit hoc artis, sed pietatis opus.
Vexerat Europen fraterna per æquora taurus,
At nunc Alciden taurus in astra tulit.
Cæsaris, atque Iouis confer nunc stemma iuuentus,
Par onus vt tulerint: altius iste tulit.

Cæsaris atq. Iouis confer nunc stemma iuuentus) Iuuencos nō *iuuentus* legendum. *Stemma* est argumentum, historia. Tertullianus libro aduersus hæreticos, cap. XXX. *Si & Apellis stemma retractandū est, tam nō vetus & ipse, quàm Marcion institutor & præformator eius.* Vides, nihil mutandum esse: neque *schema*, neque *scamma* vllum comminiscendum. Quod valde placet Magistro nostro. cuius quæso

considera hallucinationes, ineptias, deliramenta. Legit *Scamma*, & interpretatur *interuallum*. Quis vnquam hoc audiuit, vt *scamma* esset interuallum? Deinde addit: *Ioui scamma est fretus, Cæsari scamma intermetium.* Febricitantes non ita loquuntur. Quis hæc intelligit? *Scamma est locus certaminis.* Esto. quid illi cum *interuallo*? Adducit ex Glossario: *Scama σήκωμα, κόπρε δεῖγμα.* Vult σήκωμα esse septum, &c. Sanè σηκὸς est septum. σήκωμα longè aliud, vt & tirones Hellenismi sciunt. Est enim ſtateræ pondus, vel æquipondium. quod Vitruuius *sacomam* Græco nomine, metaplasmo Latino vocauit, quum dicit (lib. IX. cap. III.) *aurum ad sacomam appensum*. Id Glossarii auctor vocat *scamam*, siue inciderit in deformatos codices, siue (quod non inuitus concedam) illius æuo vulgus *scamam* pro *sacoma* dicebat: & hoc certissimum est. κόπρε δεῖγμα non est sterquilinii, aut fimi specimen. quid enim magis ridiculum? sed κόπρε pro *cupro*, vt apud infimæ vetustatis nescio quem Græcum legere memini. *Scama cupri*, aut *æris*, quid sit, nemo nescit, qui præsertim quid sit λεπὶς χαλκῦ apud Dioscoridem, & Galenum, non ignorat. Sed hic apud Glossarii collectorem non tantùm τὴν λεπίδα significat; sed etiam id quod vulgo metallarii vocant *Monstram mineræ*; quando gleba alicuius metalli, aut squama pro specimine adfertur: vt ex eo de totâ ærifodinâ, quæ nondum aperta est, æstimetur. Comparentur hæc nunc cum Magistri *scammate*: patebit quantum intersit inter verum & falsum. Denique quia κόπρεοι in κωπρεῦα reformat, habeat sibi totum, atque adeò nullo alio cibo vescatur, donec resipiscat.

EPIGRAMMA XVII.

Quòd pius, & supplex elephas te, Cæsar, adorat;
Hic modò qui tauro tam metuendus erat:
Non facit hoc iussus, nulloque docente magistro:
Crede mihi, numen sentit & ille tuum.

Nullo

Nullóque docente magistro) Proletariam vocat lectionem Magister. Itaque legit *vllóque*. Ineptissimè! Nam *nullóque*, vt solet, resoluendum in *nec vllo*. Iam proletarium erit *vllóque*. Indignum verò quod etiam summos viros moraretur. Nihil enim mutandum vides. Vel simpliciter *nullo magistro*, ἀπὸ κοινοῦ, *facit*.

EPIGRAMMA XVIII.

Lambere securi dextram consueta magistri
Tigris, ab Hircano gloria rara iugo,
Saeua fero rabidum lacerauit dente leonem:
Res noua, non vllis cognita temporibus.
Ausa est tale nihil, siluis dum vixit in altis:
Postquam inter nos est, plus feritatis habet.

Tigris consueta) τίγρις πεπωλευμένος, *tigris mansueta*. Esto. Ergò *tigris consueta lambere*, erit τίγρις πεπωλευμένος λιχμᾶσθαι. Itane! ἐγὼ πεπώλευμαι τοῦτο ποιεῖν. Ne Demosthenes quidem hoc vnquam sciuit. *Mansueta tigris* est πεπωλευμένη τίγρις, non autem *consueta*. quod nihil aliud est quàm participium.

EPIGRAMMA XIX.

Qui modò per totam, flammis stimulatus, arenam
Sustulerat raptas taurus in astra pilas,
Occubuit tandem cornuto ardore petitus,
Dum facilem tolli sic elephanta putat.

In Notis ad hoc Epigramma (pag. XLIV.) Eusebii verba παρδαλίων καὶ διαφόρων ἄρκτων interpretatur Magister, *Pardorum & omnigenûm vrsorum*. imò *excellentium, eximiorum vrsorum*. Atqui neminem Graecè peritum prae se putat.

EPIGRAMMA XX.

Dum peteret pars hac Myrinum, pars illa Triumphum,
Promisit pariter Caesar vtraque manu.

Non

Non potuit melius litem finire iocosam.
O dulce inuicti Principis ingenium!

Dum peteret pars hæc Myrinum, pars illa Triumphum) Producit Magister (pag. xlv.) locum Suetonii ex Domitiano cap. IV. qui nihil ad rem. Nam apud Suetonium postulantur paria duo. hîc singuli ἴσφεδροι. quod non intellexit, & omninò mentem Martialis non assequitur. Longè iocularius, quòd *pars* pro factione, dictum putat, quum nulla factio sit in postulatione gladiatorum, sed diuersitas studiorum. Præterea *partes* pro factione, non *pars*, dicuntur. Vide Commentarium nostrum in Manilium. Denique factiones sunt in Circo, non in Amphitheatro. Tædet me τ ἀψιμαχίας.

Promisit pariter Cæsar vtraque manu) Victori cuidam gladiatori suppositit ium κ ἔφεδρον pars Myrinum, pars Triumphum postulat. Nam de paribus postulaticiis nugæ, vt modò indicauimus. Non enim Triumphus solus, aut Myrinus par faciunt: sed Triumphus & Myrinus pariter. Itaque dum vult satisfacere vtrique parti Cæsar, pariter commisit vtrumque vtraque manu. id est pugnantem binis sicis. Gladiatores enim aut cum parma & sica, aut binis sicis depugnabant, & tunc dicebantur διμάχαιροι. Artemidorus lib. II. cap. XXXIII. Διμάχαιροι δὲ κ λεγόμενοι ὀρβῆλας. Cùm hæc crudelis esset dimicatio, quia sine parmâ pugnantes non diu trahere certamen possunt, sed alterutrum statim necesse est occumbere, sustulit hoc genus pugnæ Domitianus, reuocans morem antiquum arenæ, vt parmâ & sicâ instructi prodirent: vt patet lib. VIII. Epigr. LXXX.

Quum veteres Latia ritus reuocantur arena,
Et pugnat virtus simpliciore manu.

Vnicâ manu pugnare edixit Domitianus. Hîc verò committit par vtraque manu, non simplice manu, vt populo cruenti spectaculi auido satisfa-

ciat. Vtrique enim parti satisfecit, vtrumque à populo postulatum inter se committens. *Promittere vtraque manu* quàm benè dici possit, satis ostendunt, qui nondum id probare vllo exemplo potuerunt. Nam *vtraque manu* aliquid *amplecti*, *asserere* idem etiam Martialis dicit. Sed quicquid Paræmiarum Collectores de *vtraque manu* dixerunt, nunquam efficient, vt hic locum habeat. *Promisit Cæsar* par illud *vtraque manu*, id est, vtraque manu pugnans. Videndum an *διμάχαιρος* & *Æquimanus*. Glossaria tamen interpretantur *περιδέξιον*, qui tam læuâ quàm dextrâ vtitur. Ita etiam Isidorus.

Vtraque manu promittere, inquit Magister, *est impensissimè promittere.* quod est absurdissimum.

Ibidem Lipsio præstantissimo viro vertit vitio, quòd non iniecerit mentionem *gladiatorum equitum*: idque grauissimum peccatum Censori videtur, non omnia dicere, aut non posse dicere. quam seueritatem si sequimur, castigetur & ipse, qui de his equitibus gladiatoribus loquens non produxerit locum illustrem Isidori lib. XVIII. cap. I. Ita patiatur legem, quam primus sanxit.

EPIGRAMMA XXI.

Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro
Dicitur, exhibuit, Cæsar, arena tibi.
Repserunt scopuli, mirandaque silua cucurrit,
Quale fuisse nemus creditur Hesperidum.
Affuit immixtum pecudum genus omne ferarum,
Et supra vatem multa pependit auis.
Ipse sed ingrato iacuit laceratus ab vrso.
Hæc tamen vt res est facta, ita ficta alia est.

Affuit immixtum pecudum genus omne ferarum) Hic τὸ *Omne* iterandum est. quod & Græci faciunt. Corrector:

Adfuit immixtum pecori genus omne ferarum.

Quod omninò ridiculum est. Nam tunc correctio locum haberet, si antea pecoris mentio facta esset:

esset. At nunc vult dicere, & pecudes & feras fuisse. Per *pecudes* τὰ κτίλα intelligens, vt apud Ciceronem, *pecudes feraque*. Præterea omnium animalium agmen *pecus* vocare licet Poëtæ. Apud Horatium, *Mutum & turpe pecus*, simpliciter sunt τὰ ἄλογα.

EPIGRAMMA XXII.

Sollicitant pauidi dum rhinocerota magistri,
Séque diu magnæ colligit ira feræ:
Desperabantur promissi prælia Martis:
Sed tamen is rediit cognitus ante furor.
Namque grauem gemino cornu sic extulit vrsum,
Iactat vt impositas taurus in astra pilas.

Peritiam Hellenismi semper in Magistro nostro deprehendas, vt (pag. XLVIII. & XLIX.) ἔρυσιν interpretatur *taurorum prolusionem*, id est, inquit, tractū. Concedo in eius Lexico potuisse exponi ἔρυσιν *tractum*: sed hîc locum non habet. Est enim, vt res ipsa, & verba Philonis docent, *cohibitio*. quam taurus non statim effundit omnes habenas iratum, sed cohibet se, vt integris viribus hostem aggrediatur.

Extulit vrsum) Legendum, *vrum*. Nam vrsus quamuis maximus ad Rhinocerotem est, vt musculus ad felem. Neque opus pluribus ad vulgarem lectionem confodiendam. Imò miror quibusdam doctis scrupulum iniecisse nummum Domitiani, in quo visitur Rhinoceros vrsum iactans. Hæc sunt puerilia.

Gemino cornu sic extulit) Eo, quod in interscapilio, succollat onus: altero, quod in nare, corripit & attollit.

EPIGRAMMA XXIII.

Dorica quàm certo venabula dirigit ictu
Fortis adhuc teneri dextera Carpophori!
Ille tulit geminos facili ceruice iuuencos:
Illi cessit atrox bubalus, atque bison:

Hunc leo cùm fugeret, præceps in tela cucurrit:
I nunc, & lentas corripe turba moras.

Ille tulit) Non in humeros, vt Milo Crotoniates vitulum: quod putant Interpretes: sed est certamen hominis cum tauro irritato, quem homo excipit, & cornibus apprehensum humi allidit; quod ludicrum hodie in vsu est multis locis, præsertim in Nouempopulaniâ nostrâ, & me puero vigebat apud Vasatas. Opus est & viribus, & dexteritate. alioqui periculum est, ne à tauro perimatur homo. Itaque quod hîc dicitur *tulit ceruice faculi*, est *excepit* ferocientem declinatione ceruicis, proclinato in dextram latere. Sed quum vnum taurum ita excipere præclarum argumentum sit & virium firmarum, & habilis flexus corporis, hoc in duobus tauris eodem tempore, & momento ferè præstitit Carpophorus: vt duplex eius gloria sit. Quare ridiculus est Magister noster, qui putat Carpophorum duos tauros in humeros sustulisse, vt vitulum Milo ille. Quomodo duos tauros tulerit homo non prodigiosis viribus, quum vitulum tollere arduum fuerit Miloni viriato? Quàm autem alienum sit hoc loco Milonis exemplum, vides.

Bison) In Oppiani versu ait Βίςωνας non Βίσωνας legendum (pag. L I.) *quia*, inquit, *σ liquescit*. Proferat vnum locum ex veteribus Græcis, vbi σ liquescat, præsertim ante τ. & virum putabo. Sed leges fert, Dictator est.

EPIGRAMMA XXVI.

Lusit Nereïdum docilis chorus æquore toto,
Et vario faciles ordine pinxit aquas.
Fuscina dente minax, nexu fuit ancora curuo:
Credidimus remum, credidimúsque ratem,
Et gratum nautis sidus fulgere Laconum,
Latáque perspicuo vela tumere sinu.
Quis tantas liquidis artes inuenit in vndis?
Aut docuit lusus hos Thetis, aut didicit.

Apud

Apud Magistrum nostrũ tale Scholion est: *Strophis in dextrorsum, antistrophis læuorsum, epodis autem chori stantis, siue quiescentis. Strophæ denotantes orbis octaui conuersionem, Antistrophæ motum stellarum errantium, qui orbis octaui conuersioni est contrarius. Epodi verò terræ quietem.* Itaque ex euripo theatrum fecit. Non potui risum abstinere. Sed in toto Epigrammate nihil videt, & nemo hactenus argumentum assecutus est. Rectè conceptum est Lemma, *De natatoribus.* Omnia spectacula ad istud non sunt vllius momenti. Quemadmodum in ταϰτιϰοῖς militaribus ad signum ducis figuras omne genus acies edit, triangulum, quadrangulum, forfices, cuneum, & cætera: ita Natatores, quos exhibuit Domitianus, habitu Nereïdum ad signum ediderunt nauem, fuscinam, anchoram, remum, malum nauis cum Castoribus, & similia. ideò dixit:

Et vario faciles ordine pinxit aquas.

Mutato ordine, & serie prodeunt alia atque alia schemata. Quàm nobile & iucundum fuerit hoc spectaculum, illis, qui aliquem sensum illustrium inuentorum habent, coniiciendum relinquimus. Vt satis mirari non possim nulli de tot Interpretibus ne minimum quidem de sententia huius Epigrammatis oboluisse, quum secundus versiculus sit vicem argumenti: neque dubitare sinat, qui mentem illi adiecerit.

EPIGRAMMA XXIIX.

Augusti laudes fuerant, committere classes,
Et freta nauali sollicitare tubâ;
Cæsaris hæc nostri pars est quota? vidit in vndis
Et Thetis ignotas, & Galatea feras;
Vidit in æquoreo feruentes puluere currus,
Et domini Triton ipse putauit equos.
Dúmque parat sæuis ratibus fera prælia Nereus,
Abnuit in liquidis ire pedester aquis,

Quidquid & in circo spectatur, & amphitheatro,
Diues Cæsarea præstitit vnda tibi.
Fucinus, & pigri taceantur stagna Neronis:
Hanc norint vnam sæcula Naumachiam.

Mira ἀλογιστία Magistri producto loco Dionis (pag. LVI.) qui benè mentem Martialis illustrat, adiicit locum hunc ex VII. Bucolic. Calpurnii:

Nec nobis tantùm siluestria cernere monstra
Contigit: æquoreos ego cum certantibus vrsis
Spectaui vitulos, & equorum nomine dignum,
Sed deforme pecus, quod in illo nascitur amni
Qui sata riparum venientibus irrigat vndis.

Calpurnius loquitur hîc de Hippopotamo Nili, non de vlla belluarum terrestrium pugna in aqua.

Et domini Triton esse putauit equos) *Sic*, inquit, *Triton argenteus in Naumachia Claudii.* Sueton. cap. XXI. At quid Tritoni Deo marino, de quo Martialis sentit, cum simulacro Tritonis argenteo hydraulico? quomodo hydraulicus Triton potuit putare equos terrestres in mari pugnantes esse equos marinos Neptuni? Sed nimis quisquiliarum. Plura relinquimus, quibus & plus otii & patientiæ erit. Nos non obtrectationis causâ hæc collegimus, quæ exigua sunt, præ reliquis, quæ in eum animaduerti possunt; sed veritatis amore. Præterea vt ostendamus, quanti pretii sit is, cui magni heroës ludibrio sunt: & quid mereant illi, qui eius rationem habent, adeò vt quot scita eius, tot oracula esse censeant. Si talis est, qui in admiratione est: quales ergò, qui admirantur? Vale, mi Scriueri, & mecum ride,

Saturnalibus optimo dierum.

Lugd. Batau. AN. CIↃ IↃ CIII.

FINIS.

Iudi-

Iudicium

De LAVRENTIO RAMIREZ DE PRADO, Hispano; cuius Commentarii in librum Spectaculorum & quatuor priores Epigrammatum Parisiis excusi anno CIↃ IↃ CVII. & nuper cum aliis ibidem recusi.

IOS. SCALIGER PET. SCRIVERIO suo.

REMITTO *tibi, mi Scriueri, Martialis recentem editionem. Pueri Hispani, cuius Hypomnemata accessere, praeclarum ingenium est, & bona indoles. sed quam deprauare possit* φιλαυτία. *Cuius rei non pauca reliquit in hoc Commentario vestigia, partim magnis viris insultando, partim locos veterum Scriptorum aliouorsum, ac oportet, detorquendo. Quare tuum est, si videtur, indicare strictim omnia, & lectorem incautum admonere. idq; cum maiore modestia, quàm ipse fecit. Nam vt castigationem meret propter iuueniles vel potius pueriles insultus; ita propter egregiam indolem ratio eius habenda est. Sed non dissimulandum quoq;, eum multa denuo inculcare, quæ iam notata ab aliis sunt & obseruata, auctoribus celatis. Quod vitium ei commune est cum Marcilio. Tamen in Gallia iam doctissimi nomen assecutus est. Quid mirum? Vulgus non inuitum solet laudare, quod ab iis, quos*

quos ipsum laudat, proficiscitur. In primis vbi ipse petulanter Grutero obtrectat, serio monendus est: sed sobrie, idq; eum cumulo laudum Gruteri potius, quàm cum prafracta obiurgatione adolescentis. Certe, quod dixi, si luxuriem illam ingenii aut ætas maturior, aut doctorum castigatio cohercere poterit, frugem faciet. Video enim eum Italice, Gallice, Belgice, peritum esse. Ideo tum maxime laudandus est, quum à te castigabitur. Vale mi Scriueri, & hoc age.



IOANNIS BRODÆI
IN
MARTIALEM
NOTÆ.

DE IOANNE BRODÆO

Baptista Sapinus, Consiliarius Regius.

IOANNES BRODÆVS Turonensis, in Gallia & Italia ab ineunte ætate non solùm literarũ studiosissimus, sed avidissimus vixit: neque studia unquam, tametsi in Cardinalium & magnatum aulis versaretur, remisit. Sperabant omnes qui noverunt, insignem aliquem fœtum editurum: ægreferebantque illius studia situ quodam & squallore cõsumi. Quod cùm, ut est ab omni ambitione alienus quàm qui maximè, ne audiret quidem; & privatæ vitæ felicitate ac studiis captus, solitariam quodammodo vitam degeret, in Epigrammatum Græcorum & Oppiani de Venatione libros Annotationes doctissimas & omni scientiarum genere refertissimas in lucem edidit; non quòd hisce laudem aliquam captaret, sed ut utilitati publicæ cõsuleret. Quæ tamen illi non mediocrem laudem apud literatos pepererunt, & benevolentiam conciliarunt. Nam quod ad Epigrammata attinet, opus id sanè arduum, difficile & immensum. &c. Ego verò, cuius efflagitationibus & operâ, illa in lucem prodierunt, cùm doctis Brodæum probari sensi, & rem successisse, in Euripidis tragœdias Annotationes excudendas extorsi, &c. Lutetiæ Parisiorum Calend. Decembris, 1561.

His adde quæ de eodem, Scævola Sammarthanus in Elogijs Gallorum doctrinâ illustrium.

Quæ asterisco * notata sunt, ea ex Miscellaneis eiusdem Authoris desumpta, commodo Lectoris reliquis in Martialem Notis adiecimus.

IOANNIS BRODAEI
IN
MARTIALIS
AMPHITHEATRVM
CÆSARIS
NOTÆ.



Epigr. I. Assiduus iactet) *Malim cum Alciato legere*, Assyrius.

Ibid. Nec Babylona) *Mœnia Babylonica; aut pensiles Babylonis hortos.*

Ibid. Molles honores) *Hoc rectè explicat Georgius Merula : &* illud, Cornibus ara frequens, *Politianus cap. Miscellan.* LII.

Epigr. II. Pegmata celsa viâ) Pegmata *hoc in loco videntur esse tabulata, per se surgentia, sensimque in sublime crescentia.*

* *Epigr.* III. Venit & epoto Sarmata pastus equo) *Callimachus :* Εἰς ἄρτ' ὄπι ἢ στρατὸς ἱππομολγῶν ἤλαγε κιμμερίων ψαμάθῳ ἴσον. *Sidonius Apollinaris:* Aut ad Caucasigenas Alanos, ac ad equimulgas Gelonos. *Quin quòd ea quoque gentes equinum lac potarent, ex eóque factum caseum (* ἱππάκην *vocant) ederent, non abnuit Hippocrates. Non desunt qui illud Virgilianum,*

Et lac concretum cum sanguine potat equino,

ab eo Poeta fictum dicunt : ego vetustissimum arbitror.

Ex eiusdem Brodæi Miscellaneorum lib. v. cap. xxxi.

* *Ibid.* Et Cilices nimbis hic madüère suis. *) Id est,* croco Cilicio, *cui prima nobilitas. Croco cum vino mixto theatra, ut tradit Plinius, replebant. Spartianus in Hadriano :* In honorem Traiani, balsama & crocum per gradus theatri fluere iussit. *Seneca Epist.* XCI. Hodie utrum tandem sapientiorem putas, qui invenit, quemadmodum in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat, &c. *Ita scribe, non* orcum. * Vide Miscellaneorum lib. v. cap. vi.

Ibid. Crinibus in nodum tortis) *Hoc apud Germanos decere, testis est Seneca lib. de Irâ* III. *cap.* XXVI: Non est Aethiopis inter suos insignitus color: nec ruffus crinis et coactus in nodum apud Germanos virum dedecet. *Idem Epist.* CXXXV.

Epigr. IV. Traducta est Gyaris) *In Gyarum insulam plerumque cives Romani relegabantur. Hinc pro exilio à Poëtis accipitur. Iuvenalis Sat.* I.

Aude aliquid brevibus Gyaris: *id est, parvis insulis, in quibus exsulas. Tria hoc in vocabulo errata committunt Grammatici. Primum, qui apud Martialem* Traducta est Getulis, *scribere non verentur : alterum, qui apud Iuvenalem* brevibus, *vadosis maris locis ineptè exponunt. tertium, qui apud eundem alibi,*

Vt Gyaræ clausus scopulis, *emendant, cùm* Gyari *scribendum sit.*

Epig. VII. Nuda Calcdonio) *Britannico. Ego ita scribere mallem, quàm* Calydonio: *nec inficior, apud multos Latinos aut ores sic reperiri.*

Epigr. XVI. Raptus abit) *Machinâ in altum sublatus.*

Epigr. XIX. Flammis stimulatus arenam)*Chartaceis folliculis igneam materiam continentibus, feminibus alvóque admotis ac subditis. Nos Romæ ad hunc modum irritari tauros cum hominibus certaturos conspeximus. Eusebius Ecclesiast. Histor.* VIII. Κυ...λων (*taurus*) δὲ τοῖς ποσὶ καὶ τοῖς κέρασι τῇ δὲ ἐλαχέστε χολώμενος, καὶ διὰ τὰς ἀπὸ τῶν καυτήρων ἐρεθισμὰς θυμῷ καὶ ἀπειλῆς πνέων.

Ibid. Cornuto ardore potitus) *Suorum ipsius cornuum vehementiâ domitus. Plautus:* Postquam gna-

tus tuus est potitus hostium ; *in hostium potestatem pervenit. Ausonius:* aut natum citò morte potiri.

Epigr. XX. Dum peteret pars hæc Myrinum) *Ludovicus Cælius lib.* VI.*cap.* XXXII.

Epigr. XXII. Nam gemino cornu)*Duo enim habet cornua Rhinoceros,vt docet in Bæoticis Pausanias; quem si quis Æthiopicum* taurum *appellare cupiat, per me sanè licet.Non esse porrò ad vnguem examinandos Poëticos lusus, fidem facit id,quod statim sequitur,*

Epigr. XXIII. Illi cessit atrox bubalus) *Martialis* bubalum *pro* uro *accipit:* Bubalus *enim placidum est animal,non atrox nec immane.*

*Epigr.*XXVII. Hæc armata manus.) *Carpophori.*

Ibid. Ignipedes tauros)*Celeres.Catullus:*

Flammea prevertet celeris vestigia cervæ.

NOTÆ

IN LIBERUM I.

*Præfat.*Nec Epigrammata mea scribat) *Accuset. A Græcis tractum , quibus* γράφειν accusare *significat. Terentius:*

Dicam tibi scribam grandem.

Epig. III. Nasum Rhinocerotis habent) *Valdè nasuti sunt pueri, hoc est,vafri & subdoli derisores.*

Ibid. Cùm grande Sophos) Σοφὸς, vir *hic* doctus *est. Quidam* σοφῶς *probant , quibus non adhæreo.*

Epigr. IV.Quâ Thymelen spectas) Thymelen, *scenam.*

*Epigr.*V. Cum libro Marce natare tuo.) *Vis cum Carminibus tuis mergi , vt pote indignis quæ vivant , ac serventur.*

*Epigr.*XV. Bis iam penè tibi consul trigesimus instat)*Sexagesimum annum penè attigisti, non quadragesimum.*

Epigr. XVII.Res magna est) *Martialis* rem magnam *pro difficili & arduâ vsurpat,vt infrà patet.*

*Epig.*XIIX.De nobis facile est) *Supplicium sumere.*

Tibi tutum est ac facile nos hoc iniucundo potu iugulare ac perdere.

Epigr. XXI. Si non errâsset) *Si regem Porsenam interemisset.*

Epigr. XXVI. Vicina numismata) *Quidam archetypa pocula exponunt: ego,* nummos.

Epigr. XXVII. Quincunces puto post decem peractos).

Cyathi
- 12 Sextarius, as.
- 11 Deunx.
- 10 Dextans.
- 9 Dodrans.
- 8 Bes.
- 7 Septunx.
- 6 Semis.
- 5 Quincunx.
- 4 Triens.
- 3 Quadrans.
- 2 Sextans.
- 1 Vncia.

Videntur tamen apud priscos pocula fuisse, quorum quod duorum fuit cyathorum capax, Sextantis *habuit nomen; quod trium,* quadrantis; *quod quatuor,* trientis.

Ibid. Μιτῶ μνάμανα συμπότων.) *Erasmus in eo Proverbio.*

Epigr. XXXI. Hos tibi Phœbe vovet) *Non solùm Apollini, sed alijs quoq; Dijs ac fluminibus crines ac barbam vovebat antiquitas, vt aliàs luculenter patefeci.*

Epigr. XLI. Verna es) *Scurra es. Tacitus lib.* XIX. Vernile dictum omnem invidiam in eum vertit, tanquam signum Cremonæ incendendæ dedisset, quæ iam flagrabat. Vernile dictum, *hoc est, scurrile. Nonius Marcellus:* Vernas veteres appellabant, qui vere sacro fuerant nati, & habebatur nomen hoc pro evitabili maledicto. *Plautus:*

Cum cruciatu tuo ista hæc hodie verna verba fun- (ditas.

Statius Sylvar. v.

Non ego mercatus Phariâ de puppe loquaces
Delicias, doctumq; sui convicia Nili
Infantem.

Mar-

Martialis infra: lib. x. ep. III.

Vernaculorum dicta sordidum dentem.

Ibid. Pallentia sulphurata) *Ligna exilia sulphure ab vtraque parte intincta, aut linteola sulphure adspersa, quæ ignis scientillas excipiant. Plinius lib.* XXXVI. *cap.* XIX.

Ibid. Non est Sextius ille) *Non est* Sextius *ille cognomento* Caballus, *facetus & iocosus scurra, sed est* caballus, *id est, equus. Plauto eo significatu* asinus, *insulsa fatuáque bestia.*

Epigr. XLIII. Melimella favis) *Castigo*, melimela *simplici* L. *Græcè enim* μελίμηλα *vocantur. Diophanes in Geoponicis:* Εγκεντρίζεται μῆλον εἰς πᾶσαν ἀχράδα, καὶ εἰς κυδώνια, καὶ γίνεται ἐκ τῶν κυδωνίων μῆλα κάλλιστα, τὰ καλούμενα παρ' Ἀθηναίοις μελίμηλα. *Pete Varronem lib. de Re Rust.* I. *cap.* LIX.

Epigr. XLIX. Imperia viduarum) *Multis Romæ imperabant viduæ, quos testamento suorum bonorum hæredes relicturos prædicabant.*

Ibid. Mercetur alius) *Alij operum suorum auditores atque laudatores altâ voce* σοφῶς *acclamantes mercede conducat.*

Epigr. L. Non taratalla) *Homerus Iliad.* α.

μίστυλλόν τ' ἄρα τ' ἄλλα,

minutatim secabant & alia.

Taratalla *verò frusta non significat.*

Epigr. LII. Commendo tibi Quintiane) *Ludouicus Cælius lib.* IX. *cap.* LIII.

Epigr. LIII. Bardocucullus) *Vox ea conflatur à* bardo *vestis genere &* cucullo, *nihilq, ad Bardos, Gallicos sacerdotes, pertinet.*

Epigr. LIIX. Sed sestertiolum bis decies) *Sed bis decies centena millia sestertiûm.* Sestertiolûm *pro* Sestertiolorum *dictum est.* Sestertiolorum *verò pro* Sestertiorum ὑποκοριστικῶς. *Passim autem* Sestertiûm, *pro* Sestertiorum, *per Syncopam ponitur.*

Epigr. LXX. Radiata colossi) *Radiato capite. Publ. Victor:* Colossus altus CII. semis, habens in capite

radios VII. *Hac alibi.*

Epigr. LXXI, Sex cyathis) *Sextarij semisse: nam XII cyathi Sextarium complent. Hoc autem vocabulum cur in ore frequenter habeat Martialis, docet Varro de Ling. Lat. In huiusce locum in convivijs è Gracia successit* epichysis & cyathus.

Epigr. LXXIII. Vxorem gratis) *Vel nullo ei dato munere.*

Ibid. Sed nunc positis custodibus) *Nunc verò quia per custodes minùs licet. Nam* quod licet ingratum est, *ac* Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata. *Lege infra lib.* III. *in Cervinum Epigramma: nec impedio, quin hic Domitio assentiaris.*

Epigr. LXXVI. Arca Minervæ) *Ars oratoria, opera forensis. Statim enim inquit:*

Romanum propius divitiusque forum.

Epigr. LXXIX. Agas animam) *Cùm antè dixerit:*

agas Attale mulas.

Qui agas asinam *reponendum censent, salem ac iocum versui adimunt.*

Epigr. XCII. Nec curtus Chiones) *Nec effracti vilium meretricum calices.*

Ibid. Dimidiasque nates) *Strabo lib. 4. de Gallis loquens:* Αντὶ δὲ χιτώνων χισὺς χειρ]ιδωτὰς μίχει αιδοίων καὶ γλουτῶν φέρουσι.

Epig. XCIX. Non plenum modò vicies) *Vicies sestertiûm; non integra vicies centena sestertiûm nummûm millia: paullum enim quid deerat. Sic* centies amici, centies sestertiûm, *centies centena millia sestertiûm.*

Ibid. Esuritionem) *Orexim.*

Ibid. Plumbeâ selibrâ) *Plumbeo pondo semis dimidia libræ parte.*

Epigr. CIII. Scævola factus eques) *De censu Senatorio & Equestri, consule Budæum lib. de Asse.* I. & II.

Epigr. CIX. Pallia) *Hæc in lecto inducbant Romani.*

Epigr. CXII. Cùm benè te novi) *Cùm te nunc aut servo patre natum, aut inopem esse probè sciam.*

Vel

Vel hoc, vel huic simile quidpiam subintelligendum est.

Epig. cxv. Ligustro) *Ligustri floribus.*

NOTÆ

IN LIBRVM II.

EPigr. xiv. Currit ad Europen, & te Paulline) *Is porrò iuxta Porticum, in quâ picta erat Europe, habitabat.*

Epigr. xvi. Quid sindone tinctus olenti?) *Pollux:* Σινδὼν, ἐστιν αἰγυπτία ὀθόνη. *quæ verba huius Poetæ sermoni conveniunt,* Quid totus à Nilo.

Epigr. xviii. Iam nolo vicarius esse) Servi ordinarii *dicuntur, quibus peculium dominus concessit, negotiarique permittit.* Vicarii *sunt, qui ordinariorum vices gerebant. Hæc respicit Martialis.*

Epigr. xxi. Aliis das Postume dextram) *Vltima classis hominibus, quos osculo non dignaris.*

Epigr. xxvi. Iam te rem factam) *Quasi non promissam, sed paratam atque absolutam.*

Epigr. xxviii. Digitum porrigito medium) *Prisci fuit moris, vt improbos & sceleratos medio pretenso digito notarent ac designarent.*

Epigr. xxxvii. Imbricemque porci) ὑπογάστριον κοῖλον, *imum ventrem cavum & advolutum, ilia.*

Ibid. Traduntur puero) *Sic infra, lib.* III. *epist.* xxiii.

Omnia cùm retro pueris obsonia tradas.

Epigr. xxxix. Et Ianthina) *Vestimenta violacea purpurâ infecta.* Ἴον *enim Latini* violam *nominant.*

Epigr. xl. Cæcuba saccentur) *Sacco castrentur, sacco frangantur & colentur. Græci.* σακκίζειν *dicunt.*

Epigr. xli. Ride, si sapis) *Hic Ovidianus hendecasyllabus versiculus in Martiano Capella.*

radios VII. *Hæc alibi.*

Epigr. LXXI, Sex cyathis) *Sextarij semisse: nam* XII *cyathi Sextariũ complent. Hoc autem vocabulum cur in ore frequenter habeat Martialis, docet Varro de Ling. Lat. In huiusce locum in convivijs è Græciâ successit* epichysis & cyathus.

Epigr. LXXIII. Vxorem gratis) *Vel nullo, si dato munere.*

Ibid. Sed nunc positis custodibus) *Nunc verò quia per custodes minùs licet. Nam* quod licet ingratum est, *ac* Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata. *Lege infra lib.* III. *in Cervinum Epigramma: nec impedio, quin hic Domitio assentiaris.*

Epigr. LXXVI. Arca Minervæ) *Ars oratoria, opera forensis. Statim enim inquit:*

Romanum propius divitiusque forum.

Epigr. LXXIX. Agas animam) *Cum antè dixerit:* agas Attale mulas.

Qui agas asinam *reponendum censent, salem ac iocum versui adimunt.*

Epigr. XCII. Nec curtus Chiones) *Nec effracti vilium meretricum calices.*

Ibid. Dimidiasque nates) *Strabo lib. 4. de Gallis loquens:* Ἀντὶ δὲ χιτώνων σχιστὰς χειριδωτὰς μέχρι αἰδοίων καὶ γλουτῶν φέρουσι.

Epig. XCIX. Non plenum modò vicies) *Vicies sestertiûm; non integra vicies centena sestertiûm nummûm millia: paullum enim quid deerat. Sic* centies amici, centies sestertiûm, *centies centena millia sestertiûm.*

Ibid. Esuritionem) *Orexim.*

Ibid. Plumbeâ selibrâ) *Plumbeo pondo semis dimidia libræ parte.*

Epigr. CIII. Scævola factus eques) *De censu Senatorio & Equestri, consule Budæum lib. de Asse.* I. & II.

Epigr. CIX. Pallia) *Hæc in lecto induebant Romani.*

Epigr. CXII. Cùm benè te novi) *Cum te nunc aut servo patre natum, aut inopem esse probè sciam.*

Vel

Vel hoc, vel huic simile quidpiam subintelligendum est.

Epig. CXV. Ligustro) *Ligustri floribus.*

NOTÆ

IN LIBRUM II.

EPigr. XIV. Currit ad Europen, & te Paulline) *Is porrò iuxta Porticum, in quâ picta erat Europe, habitabat.*

Epigr. XVI. Quid sindone tinctus olenti?) *Pollux:* Σινδὼν, ἐστιν αἰγυπτία ὕφη. *quæ verba huius Poetæ sermoni conveniunt,* Quid totus à Nilo.

Epigr. XVIII. Iam nolo vicarius esse) Servi ordinarii *dicuntur, quibus peculium dominus concessit, negotiarique permittit.* Vicarii *sunt, qui ordinariorum vices gerebant. Hæc respicit Martialis.*

Epigr. XXI. Aliis das Postume dextram) *Ultima classis hominibus, quos osculo non dignaris.*

Epigr. XXVI. Iam te rem factam) *Quasi non promissam, sed paratam atque absolutam.*

Epigr. XXVIII. Digitum porrigito medium) *Prisci fuit moris, ut improbos & sceleratos medio protenso digito notarent ac designarent.*

Epigr. XXXVII. Imbricemque porci) ὑπογάστριον χοῖλον, *imum ventrem cavum & advolutum, ilia.*

Ibid. Traduntur puero) *Sic infra, lib.* III. *epist.* XXIII.

Omnia cùm retro pueris obsonia tradas.

Epigr. XXXIX. Et Ianthina) *Vestimenta violacea purpurâ infecta.* Ἴον *enim Latini* violam *nominant.*

Epigr. XL. Cæcuba saccentur) *Sacco castrentur, sacco frangantur & colentur. Græci* σακκίζεσθαι *dicunt.*

Epigr. XLI. Ride, si sapis) *Hic Ovidianus hendecasyllabus versiculus in Martiano Capella.*

M 5 *Epig.*

Epigr. XLIII. Furiosi cornua tauri) *Quæ lacera ac detrita, aut fœno farta ad irritandos tauros obiecta est. Asconius Pedianus :* Effigies hominum ex fœno fieri solebant, quibus obiectis ad spectaculum præbendum tauri irritarentur. *Nos Romæ vtrumque spectavimus.*

Ibid. Indis dentibus) *Eburneo trapezophoro.*

Ibid. Concolor in nostrâ Cammare) *Cammarus squillarum non locustarum species, eiusdem cum lance fictili coloris; rubens scilicet.*

Epigr. XLVI. Non metuas mortem, Nævole, sed tineas) *In quibusdam manuscriptis Codicibus reperitur :*

(Quid renuis?) non te Nævole, sed tineas.

quæ lectio Martialem sapit.

Epigr. XLVII. Confides natibus) *Constuprabantur enim plerumque à maritis in adulterio deprehensi. Martialis statim :*

Supplicium tantùm dum puerile times.

Horatius Sat. II.

——— aut pyga, aut denique fama.

Epigr. LIII. Partho rege) *Cui omnia licent; non item cunctis regibus.*

Epigr. LXIV. Marsia causidicus) *Horatius Sat.* VI.

Surgendum sit manè, obeundus Marsia.

Acro : Marsia statua erat in Rostris, ad quem solebant homines convenire, qui inter se lites & negotia componebant. *Huc fortasse respicit Poëta.*

Epigr. LXX. Non vis in solio) *In labro.*

Epigr. LXXII. Os tibi præcisum) *Vox ea nihil affine habet cum præciso intestino.*

Epigr. LXXIV. Cinctum togatis) *Solebant Romani togati, potentiores aut magistratus gerentes comitari per Vrbem. Hinc* toga *ab hoc Poëta pro deducendi & reducendi obsequio nonnumquam accipitur, vt infra:*

Lis nunquam, toga rara.

Erat enim, *inquit Pedianus*, prætexta honestorum, toga viliorum.

Epigr. LXXX. Hostem cùm fugeret, se Fannius ipse peremit:

Hoc rogo, non furor est, ne moriare, mori?)

Hoc disticho eos videtur insanos iudicare Poëta, qui sibi

sibi manus adsirant: quæ non tàm facilis explicatu est quæstio, quàm nonnulli autumant. Quippe cum Cicero pro Cluentio, fortes viros mortem sibi ipsis in magnis doloribus consciscere dicat, & Aeschines κατὰ Κτησιφῶντος. Aeschylus κρεῖσσον γὰρ &c. quibus Aristoteles libro νικομαχείων γ. & lib. περὶ τῶν πεπτωκότων ...adversatur. Galenus: ἀνὴρ δ' οὐδεὶς μεγαλόψυχος, οὔτ' ἐπὶ λύπαις, οὔτ' ἐπὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσα λύπης ἰσχυρότερα· θανάτῳ περιέπεσεν, ὅτε γὰρ τίνος τῆς ψυχῆς, αὐτοῖς ἰσχυρός ἐστι, ταῦτα παθήματα σμικρά. Quæ si vera sunt, haud amplius fortis Cato putādus, qui tamen ne moreretur, semet non interfecit (hæc enim inter se vehementer repugnant) sed vt liber ac Romanus, non Cæsaris mancipium, e vitâ discederet, ne eius insolens supercilium tam bonâ in causâ victus intueretur, ne amissam ac prostratam funditus Rempub. videret, eámque à flagitiosis ciuibus per scelus occupatam κρεῖσσον γὰρ (inquit Æschylus) εἰσάπαξ θανεῖν, ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς. Cæterùm argumentum hoc secus ac Pholosophi, tractat de Civitate Dei D. Augustinus, & Lactantius lib. de falsâ Sapient. III. cap. XVIII. & XXIII. & Plato XXXI. in Phædone. * Ex Miscellaneorum lib. VI. cap. XXIX.

Epigr. LXXXVI. Quod nec carmine glorior supino) *In contrarium recurrente; cuius multa sunt genera.*

Ibid. Sotadem cinædum) *Sotadici metri meminit, vt alios prateream, Terentianus Grammaticus.*

Ibid. Græcula quod recantat Echo) *Politianus Miscellan. cap.* XXII.

Ibid. Mollem debilitate Choliambum) *Castigo,* Galliambum. *Quintilianus lib.* IX. *cap.* IV. Vt Sotadeorum & Galliamborum. *Hephæstion carmen hoc μητρῳακὸν καὶ ἀνακλώμενον vocari quoque memorat.*

Epigr. LXXXIX. Catonis habes) *Cui vitium hoc Cæsar in Anticatone obiecit: auctor lib. Epist.* III. *Plinius Secundus.*

Ibid. Hoc Ciceronis habes) *Seneca Epist.* CVIII. *& Tacitus in Dialogo de Oratoribus.*

NOTÆ

NOTÆ

IN LIBRVM III.

EPig. XXX. Vnde datur quadrans) *Vnde balneatori quadrantem pendis. Iuvenalis:*

Cædere Silvano porcum, quadrante lavari.

Horatius:

———dum tu quadrante lavatum Rex ibis.

Epig. XXXVI. Decima vel seriùs hora) *Cùm octavâ, id est, post meridiem secundâ, lavare moris sit.*

Ibid. Toga, tritaque meaque) *Meis nummis empta, haud mihi data.*

Epig. XLVII. Sessilesque lactucas) *Ex folio cardui sunt, recta, insigni proceritate, nec à caulibus brachiata.*

Ibid. Lacteum faba porcum) *Porcum nefrendem.*

* *Epig.* XXXVIII. Atque erit in triplici par mihi nemo foro.) *Cùm multiplicia essent Romæ, tria erant in quibus caussa orarent: quorum primum* Romanum *nuncupatur; secundum* Caii Cæsaris; *tertium* Augusti; *quòd hæc duo postrema ab his Imperatoribus constructa essent. Seneca lib. de Irâ* II. *cap.* IX. Fraudes, inficiationes, quibus trina non sufficiunt fora * Ex Miscellaneorum lib. II. cap. XVIII.

Epig. L. Deposui soleas) *Mensæ accumbentes tum Græci tum Latini calceos deponebant, ne his toralia contaminarent ac fœdarent. Poëta inferius lib.* XII. *Epigr.* LXXXIX;

Bis Cotta soleas perdidisse se questus.

Aristophanis Scholiastes: Ἀλλ᾽ εὐθὺς ἀναστὰς ἀπὸ τῆς τραπέζης καὶ ζητήσας τὰς ἐμβάδας καὶ ὑποδησάμενος.

Epig. LX. Stagno saturata Lucrino) *Plinius lib.* IX *cap.* LIV.

Ibid. Sumitur inciso Mytilus ore mihi.) *Sumitur à me testâ biante Mytilus, qui à tellina differt: tam similis est autem Polypodi, quàm asino.*

Epig. LXII. Libra quoque argenti millia quinque rapit) Libra *hoc in loco pondus notat: Quòd argenteorum vasorum plus quinque millia pondo domi habeas. Si quinque numorum millia expenas, parum quid erit.*

Ibid. Libra rapit) *Appensa ad se trahit, utpote gravior.*

Epig. LXIII. Cantica qui Nili) *Cantica Canopica.*

Epig. LXVII. Resinaque pigriores) *Quidam* remoraque pigriores *castigant, priores duas vocis illius syllabas productas semper esse falsò putantes. Iuvenalis Sat.* VIII.

———quid enim resinata iuventus.

Epig. LXVIII. Schemate non dubio) Figura, *id est, orationis conformatione remota à communi, & primùm se offerente ratione. Tranquillus in Vespasiano :* Amicorum libertatem, causidicorum figuras, ac Philosophorum contumaciam levissimè tulit.

Epig. LXXII. Aut aliquid c. prominet ore tui) Nympham & eugium *vocant.*

Epig. LXXVII. Teque iuvant gerres) *Manæ, pisces sale conditi.*

Ibid. Resinata vina) *Plinius lib.* XXIII. *cap.* I.

Epig. LXXXII. Summœnianas vxores) *Poëta novo vocabulo meretrices* Submœnianas vxores *appellat, quòd eâ in parte prostarent, quæ olim fuisset sub antiquis urbis Romæ mœnibus.*

Ibid. Digiti crepantis signa) *Digitorum crepitu poscebatur matula, quod infra patet; ubi matella loquitur:*

Dum poscor crepitu digitorum, & verna moratur.

Clemens Alexandrinus : Καὶ οἱ διὰ τῶν δακτύλων ψόφοι τῶν οἰκετῶν οἱ προσκλητικοί.

Epig. LXXXIX. Cacantis habes) *Eâ facie traditur fuisse Vespasianus, Suetonio teste.*

Epig. XCI. At nunc pro puero) *Crinitus,* procervo *legit; quem consule lib. de Honesta disciplina*

Epigr. LXXXVI. Pedere Bassa solet.) *Pragnans sponte aboriri solet.*

Epigr. LXXXVIII. Sex scrupula) *Quæ nonnulli* scriptula *vocant*; *Græci* γράμματα.

Ibid. Picenarum) *Olivarum Picenarum.*

Epig. vlt. In schedâ teneri) *Hic schedam chartam appellat, in quâ, vt adversarijs quibusdam, primùm quid exarabant Veteres, aliquando emendaturi.*

NOTÆ

IN LIBRVM V.

Epigr. XIII. Et dicitur, Hic est) *Persius:*

At pulcrum est digito monstrari, & dicier, Hic est.

Epigr. XVI. Metretas) *Cados.*

Ibid. Facies me puro, causidicum.) *Tacitus, qui Martialis fuit æqualis, in Dialogo de Oratoribus:* Horum autem temporum diserti, Causidici & Advocati, & Patroni, & quidvis potius quàm Oratores vocantur. *Quintilianus lib.* XII. *cap.* I. Non inutilem sanè litium advocatum, quem denique causidicum vulgo vocant.

Epigr. XVII. Nisi lato Gellia clavo) *Senatori.* Lati *enim* clavi ius, *est dignitas ordinis Senatorij*; *erat quippe & alter* clavus angustus, *vt docet in Augusto Tranquillus cap.* LXXIII. *Varro:* Nam si quis tunicam ita consuat, vt altera plagula sit angustis clavis, altera latis.

Ibid. Nupsisti, Gellia, cistifero) *Isiaco circulatori. Apuleius lib. de Asino aureo* XI. Ferebatur ab alio cista secretorum capax, penitus celans operta magnificæ religionis. *Quid sit* cista, *aliàs patefeci.*

Epigr. XVIII. Gracilesque ligulæ) Ligula, *cavum est instrumentum cochleari simile, non linguæ instar planum.*

Avi-

Ibid. Avidum voratâ decipi scarum musca) *Ego, refragante omnium Codicum fide, castigo:*

Avidum vorato decipi scarum musco.

id est, *alga. Athenaeus ex Aristotele de scaro loquens, lib.* VII. χαίρει δὲ τῇ τῶν φυκίων τροφῇ, διὸ καὶ τούτοις θηρεύεται.

Epig. XXIV. Supposititius sibi ipsi) *Quintilianus lib.* V. secundas gladiatorum manus *appellat, quando primis fessis alteri succederent.*

Epigr. XXIX. Si quando leporem) *Erasmus in Proverbio*, Leporem non edit. *Hanc vulgi opinionem non desunt qui hinc ortam suspicentur, quòd homines* lepidos, *& sermonis* lepórem *Latinè dicamus.*

Epigr. XXX. Varro Sophocleo) *Is esse non potest Varro togatorum eruditissimus; quanquam video multos id putare.*

Epigr. XLII. Theatra loqueris) *Ius in theatro spectandi.*

Ibid. Gradus) *Quatuordecim gradus.*

Ibid. Et edicta) *Quibus theatro summovebantur, qui censum equestrem non possiderent. Aut* edicta, *quasi Consularis sis aut Praetorius.*

Ibid. Trabeas & Idus) *Ostendi primo Epigrammatum Graecorum libro, equites Romanos trabeatos Idibus Iulijs per Vrbem transvehi solitos.*

Ibid. Fibulasque) *Aureas trabearum fibulas. Plinius lib.* XXXIII. *cap.* III.

Ibid. Et pumicatâ manu) *Levi ac perpolitâ.*

Epigr. XLII. Quidquid donatur amicis) *Sumtum ex hac M. Antonij voce:* Hoc habeo, quodcunque dedi.

Epigr LIX. Quisquis magna dedit) *Ferè ita usu venit, ut quisquis magni pretij munera contulerit, paria aut maiora expectet.*

Epigr. LX. Pellem rodere qui velint caninam.) *Qui te maledicum hominem convitijs lacerent.*

disciplinâ XXI. *cap.* IV. *& Ludovicum Cælium lib.* XIII. *cap.* LV.

Epigr. XCIII. Aranearum cassibus pares) *Pannosas & flaccidas mammas.*

NOTÆ

IN LIBRVM IV.

EPigr. I. Sacra Terentus habet) *Ea sacra centesimo quoquo anno celebrabant Romani, vt prodit Censorinus: nec ignoro minus aliquando temporis spatium intercessisse.*

Epigr. IV. Quod bis murice) *Bis purpurâ, quæ gravis est odoris: dibaphum vocant.*

* *Ibid.* Quod ieiunia Sabbatariorum) *Hoc est, Iudæorum, die septimo ab omni opere ferientiũ Horum ieiunia inter ea quæ pessimè olere solent, enumerat.* Sabbatariorum *porro, risus aucupandi gratiâ positũ est: quasi quæ ieiunant cæteræ nationes gravem animam non exhalẽt. id quod à Græcis νηςείας ὄζειν vocatur, vt docet figmẽt. Problemat.* XII. *qu.* VII. *hunc Poeta nodum solvens Aristoteles. Idem lib.* VI. *postremo Martialis hoc rursus argumentũ tractans,* os leonis *inserit. quod lib.* XI. *enarrat Plinius* Animæ leonis virus grave, vrsi pestilens. * Ex Miscellaneorum lib. VI. cap. XXIX.

Ibid. Quod vulpis fuga) *Solet nonnunquam vulpes canes fugiens meiere, caudâque vrinâ redditâ malè olente imbutâ eorum oculos aspergere, atque ita, si potest, eos à se amoliri.*

Epigr. V. Vendere fumos) *Erasmus in hoc Adagio.*

Epigr. X. Spongia) *Quæ librum scriptum deleat.*

Epigr. XIV. Et ludit rota nequiore talo) *Legendum augurer* tropa. *Pollux lib.* IX. Ἡ δὲ τρόπα χαλκευομένη παιδιὰ, γίγνεται μὲν ὡς τὸ πολὺ δι' ἀστραγάλων ὡς ἀφιέντες στοχάζονται βόθρου τινὸς, εἰς ὑποδοχὴν τῆς τοιαύτης ῥίψεως, ἐξεπίτηδες πεποιημένου. *Nam si id de petauristarum rotâ, qui ludus non sine periculo exercebatur, aut rotâ, trocho, instrumẽto musico explices, quod gesticulantes & concinentes pulsarẽt antiqui, parũ procedet.*

Non tibi suppositas infelix strangulat arca
Diuitias. *Aduers. lib. XXI. cap. IIII.*

Epig.

Epigr. XXXI.

* Et in toto ventilat arma bove.

Ventilare *verbum medius-fidius honestissimum & speciosissimum, Gladiatorum tantùm. Ventilare enim Gladiatores dicuntur, cùm ante pugnam suos mevent gladios, & lusorijs illibus aërem ferientes præludunt certamini. Seneca Epist.* CXVIII. Stultum est, cùm signum pugnæ acceperis, Ventilare.

* Advers. lib. XXX. cap. III

Epigr. LXI.

* O quam dignus eras alapis, Mariane, Latini!

Cùm in spectaculis theatralibus Mimi dabantur, alios mimos ad risum excitandum alapis cædere solebant: quod & Septimius Florens significat, cùm scribit, Insuper contumeliis alaparû sic obiicit quasi de præcepto Domini ludat. *Advers. lib. XVIII. cap. XXIII.

Epigr. LXIV.

Ornenturque rosis tempora sutilibus.

Plinius: Transiere deinde ad rosaria, eoque luxuria processit, vt non esset gratia, nisi mero folio sutilis. *Advers. lib. XVIII. cap XXIV. Vide.

Epigr. LXV.

Quot tua Menalios collocat hasta sues.

Sic Plautus Amphitruone, Sc. Qui me alter, *&c* in soporem collocare, *est plagis malè mulctatos & ictibus sopitos, propeque exanimatos sternere.* *Advers. lib. IV, cap. XX.

Epigr. LXXIX.

Vndecies una surrexti, Zoile, cœna,
Et mutata tibi est synthesis undecies.

Zoilus vestes ostentabat, eas in convivio subinde mutans, quod & lib. II. *Epigr.* XVI. *Martialis planum facit:*

Zoilus ægrotat, faciunt hanc stragula febrem.
Si fuerit sanus, coccina quid facient?

nam

Aut vnam dare synthesin (quid horres?)
Alborum calicum atque caccaborum,

pro aliquot calicibus atque cacabis dixit : & cùm finxit illum horrere syntheseos *nomine audito, indicavit* synthesin *caram pretiosamque fuisse.* Syntheseos *elegantioris & lautioris vestis (quâ populo Romano certis diebus publicè, vt Saturnalibus, uti licebat, cùm Romæ quo quis vestitu vellet, uti non liceret, togasque ferre cogerentur.) meminit Tertullianus in libro De pallio, & Martialis non uno loco. Hanc domi compositam habebant in arcis aut prelis. Eorum prelorum mentio est apud Marcellinum, vocatque (nisi fallor)* pressoria. *Advers. XXIII. cap. XIX.

NOTÆ

IN LIBRVM V.

Epigr. XIII.

ET libertinas arca flagellat opes.) Flagellare divitias, & flagellare annonam *dicuntur, qui magnas arcis clausas opes tenent, & horreis fruges, quod invitas velut vinculis & carceribus coërcitas erumpere foras non sinant. quod in annona qui faciunt, eam duriorem reddunt & onerant coemptis undique frugibus, & in horreis reconditis, qui &* Dardanarii *vocabantur, quasi veneficio in horrea sua fruges contruderent, & annonam premerent: ut carmine aliò messes traduci, opinio erat.* Dardanarius *in vetere Lexico exponitur* παντοπώλης, πα λιμελόβολος, οἱ σκάπηλες. *Vt autē* flagellare opes *dixit Martialis, ita Papinius* strangulare. *Quod verbum confirmat interpretationem meam, quòd tanquam invita & constricta retinerentur constipata; ut quod respirare nequirent, suffocarentur. Silvar. II.*

Non tibi suppositas infelix strangulat arca
Divitias. *Advers. lib. XXI. cap. IIII.

Epigr. XXXI.

Et in toto ventilat arma bove.

Ventilare *verbum medius- fidius honestissimum & speciosissimum, Gladiatorum tantùm. Ventilare enim Gladiatores dicuntur, cùm ante pugnam suos movent gladios, & lusorijs illibus aërem ferientes praeludunt certamini. Seneca Epist.* CXVIII. Stultum est, cùm signum pugnae acceperis, Ventilare.

* Advers. lib. XXX. cap III

Epigr. LXI.

O quam dignus eras alapis, Mariane, Latini!

Cùm in spectaculis theatralibus Mimi darentur, alios mimos ad risum excitandum alapis cædere solebant: quod & Septimius Florens significat, cùm scribit, Insuper contumeliis alaparũ sic obijcit quasi de præcepto Domini ludat. *Advers. lib. XVIII. cap. XXXIII.

Epigr. LXIV.

Ornenturque rosis tempora sutilibus.

Plinius: Transiere deinde ad rosaria, eoque luxuria processit, vt non esset gratia, nisi mero folio sutilis. * Advers. lib. XVIII. cap XXIV. Vide.

Epigr. LXV.

Quot tua Menalios collocat hasta sues.

Sic Plautus Amphitruone, Sc. Qui me alter, *&c* in soporem collocare, *est plagis malè mulctatos & ictibus sopitos, propeque exanimatos sternere.* * Advers. lib. IV. cap. XX.

Epigr. LXXIX.

Vndecies una surrexti, Zoile, cœna,
Et mutata tibi est synthesis undecies.

Zoilus vestes ostentabat, eas in convivio subinde mutans, quod & lib. II. *Epigr. XVI Martialis planum facit:*

Zoilus ægrotat, faciunt hanc stragula febrem.
Si fuerit sanus, coccina quid facient?

nam

Aut vnam dare synthesin (quid horres?)
Alborum calicum atque caccaborum,

pro aliquot calicibus atque cacabis dixit; & cùm finxit illum horrere synthesecos *nomine audito, indicavit* synthesin *caram pretiosámque fuisse.* Syntheseos *elegantioris & lautioris vestis (quâ populo Romano certis diebus publicè, vt Saturnalibus, uti licebat, cùm Romæ quo quis vestitu vellet, uti non liceret, togasque ferre cogerentur.) meminit Tertullianus in libro De pallio, & Martialis non uno loco. Hanc domi compositam habebant in arcis aut prelis. Eorum prelorum mentio est apud Marcellinum, vocatque (nisi fallor)* pressoria. *Advers. XXIII, cap. XIX.

NOTÆ

IN LIBRVM V.

Epigr. XIII.

ET libertinas arca flagellat opes.) Flagellare divitias, & flagellare annonam *dicuntur, qui magnas arcis clausas opes tenent, & horreis fruges, quod invitas velut verberibus & carceribus coërcitas erumpere foras non sinant. quod in annona qui faciunt, eam duriorem reddunt & onerant coemptu undique frugibus, & in horreis reconditis; qui &* Dardanarii *vocabantur, quasi veneficio in horrea sua fruges contruderent, & annonam premerent: vt carmine aliò messes traduci, opinio erat.* Dardanarius *in vetere Lexico exponitur* παντοπώλης, πα ?ιμεταβολος, οἱ ὀκάπηλος. *Vt autē* flagellare opes *dixit Martialis, ita Papinius* strangulare. *Quod verbum confirmat interpretationem meam, quòd tanquam invita & constricta retinerentur constipata; vt quod respirare nequirent, suffocarentur. Silvar.* II.

Non tibi suppositas infelix strangulat arca
Divitias. *Advers. lib XXI. cap IIII.

Epig.

Epigr. XXXI.

Et in toto ventilat arma bove.

Ventilare *verbum medius-fidius honestissimum & speciosissimum, Gladiatorum tantùm. Ventilare enim Gladiatores dicuntur, cùm ante pugnam suos mevent gladios, & lusorijs ictibus aërem ferientes preludunt certamini.* Seneca *pist.* CXVIII. Stultum est, cùm signum pugnæ acceperis, Ventilare.
* Advers. lib. xxx. cap III

Epigr. LXI.

O quam dignus eras alapis, Mariane, Latini!
Cùm in spectaculis theatralibus Mimi dabantur, alios mimos ad risum excitandum alapis cædere solebant: quod & Septimius Florens significat, cùm scribit, Insuper contumeliis alaparũ sic obiicit quasi de præcepto Domini ludat. *Advers. lib. XVIII. cap. XXIII.

Epigr. LXIV.

Ornenturque rosis tempora sutilibus.
Plinius: Transiere deinde ad rosaria, eoque luxuria processit, vt non esset gratia, nisi mero folio sutilis.
* Advers. lib. XVIII. cap XXIV. Vide.

Epigr. LXV.

Quot tua Menalios collocat hasta sues.
Sic Plautus Amphitruone, Sc. Qui me alter, *&c* in soporem collocare, *est plagis malè mulctatos & ictibus sopitos, propeque exanimatos sternere.* * Advers. lib. IV. cap. XX.

Epigr. LXXIX.

Vndecies una surrexti, Zoile, cœna,
Et mutata tibi est synthesis undecies.
Zoilus vestes ostentabat, eas in convivio subinde mutans, quod & lib. 11. Epigr. XV; Martialis planum facit:
Zoilus ægrotat, faciunt hanc stragula febrem.
Si fuerit sanus, coccina quid facient?

Aut vnam dare synthesin (quid horres?)
Alborum calicum atque caccaborum,

pro aliquot calicibus atque cacabis dixit : & cum finxit illum horrere synthesios *nomine aud to, indicavit* synthesin *caram pretiosamque fuisse.* Synthesios *elegantioris & lautioris vestis (quâ populo Romano certis diebus publicè, ut Saturnalibus, uti licebat, cùm Romæ quo quis vestitu vellet, uti non liceret, togasque ferre cogerentur.) meminit Tertullianus in libro De pallio, & Martialis non uno loco. Hanc domi compositam habebant in arcis aut prelis. Eorum prelorum mentio est apud Marcellinum, vocatque (nisi fallor)* pressoria. *Advers. XXIII, cap. XIX.*

NOTÆ

IN LIBRVM V.

Epigr. XIII.

ET libertinas arca flagellat opes.) Flagellare divitias, *&* flagellare annonam *dicuntur, qui magnas arcis clausas opes tenent, & horreu fruges, quod invitas velut verberibus & carceribus coërcitas erumpere foras non sinant. quod in annona qui faciunt, eam duriorem reddunt & onerant coemptis undique frugibus, & in horreis reconditis, qui &* Dardanarii *vocabantur, quasi veneficio in horrea sua fruges contruderent, & annonam premerent: ut carmine aliò messes traduci, opinio erat.* Dardanarius *in vetere Lexico exponitur* παντοπώλης, παμμετάβολος, σιτοκάπηλος. *Ut autẽ* flagellare opes *dixit Martialis, ita Papinius* strangulare. *Quod verbum confirmat interpretationem meam, quod tanquam invita & constricta retinerentur constipatæ; ut quod respirare nequirent, suffocarentur. Silvar. II.*

Non tibi suppositas infelix strangulat arca
Divitias. *Advers. lib. XXI. cap IIII.*

Epig.

Epigr. XXXI.

Et in toto ventilat arma bove.

Ventilare *verbum medius-fidius beneficissimum & speciosissimum, Gladiatorum tantùm. Ventilare enim Gladiatores dicuntur, cùm ante pugnam suos movent gladios, & lusorijs illibus aërem ferientes præludunt certamini. Seneca Epist.* CXVIII. Stultum est, cùm signum pugnæ acceperis, Ventilare.
* Advers. lib. xxx. cap. III

Epigr. LXI.

O quam dignus eras alapis, Mariane, Latini!
Cùm in spectaculis theatralibus Mimi dabantur, alios mimos ad risum excitandum alapis cædere solebant: quod & Septimius Florens significat, cùm scribit, Insuper contumeliis alaparũ sic obijcit quasi de præcepto Domini ludat. *Advers. lib. XVIII. cap. XXXIII.

Epigr. LXIV.

Ornenturque rosis tempora sutilibus.
Plinius: Transiere deinde ad rosaria, eoque luxuria processit, vt non esset gratia, nisi mero folio sutilis.
*Advers. lib. XVIII. cap. XXIV. Vide.

Epigr. LXV.

Quot tua Menalios collocat hasta sues.
Sic Plautus Amphitruone, Sc. Qui me alter, *&c* in soporem collocare, *est plagis malè mulctatos & ictibus sopitos, propeque exanimatos sternere.* *Advers. lib. IV. cap. XX.

Epigr. LXXIX.

Vndecies una surrexti, Zoile, cœna,
Et mutata tibi est synthesis undecies.
Zoilus vestes ostentabat, eas in convivio subinde mutans, quod & lib. II. Epigr. XVI Martialis planum facit:
Zoilus ægrotat, faciunt hanc stragula febrem.
Si fuerit sanus, coccina quid facient?

nam

nam morbum simulabat, ut vestem stragulam pretiosam ostenderet. {Vide ad Epigr. xvi. lib. xi. & Advers. lib xxiii. cap. xix.

NOTÆ

IN LIBRVM VI.

Epigr. x.

Pudet, heu, pauca rogasse Iovem.
Discrepant amanuensium libri & typorum: scripti enim Pudet, heu, *cum* Pudeat *semper editum.*
* Advers. lib. xxvi cap. xxvii.

Epigr. xiii.

Et placido fulget vivus in ore liquor.
In antiquis duobus reperi exemplaribus liquor; *sed huius significationis & notionis insolentes emendatores* decor *scripserunt. De statuâ Iuliæ loquitur. Attendendum est, sic Arnobium etiam* liquorem *non pro humore, latice, aquâ posuisse, sed pro mollitudine quâdam & teneritate:* Liber, *inquit*, membris cum mollibus, & liquoris fœminei dissolutissimus laxitate. *Advers. lib. xxiii. cap. xxviii.

Ibidem.

A te Iuno petat ceston & ipsa Venus.
Cestus non tantum Veneri, sed etiam Iunoni tribuebatur, ut ad amorem Iupiter invitaretur allicereturque. Sic enim præter Martialem Arnobius, Iunonius ille cestus.
* Advers. lib xxiii. cap. xxviii.

Epigr. xxi.

Perpetuam Stellæ dum iungit Ianthida vati.
Terentianus Maurus scribit, quem Iolaum *Græci vocant, cum* Violantem *à Cicerone vocatum esse hoc versu:*
Et Iolaus ille, *Violans*, crede M. Tullio:
Huius auctoritate adductus, haud dubitem affirmare quã Ian-

Iantida nympham *Martialis Stellæ nupsisse dixit, eam esse uxorem eius* Violantillam *(eius certe & Stellæ nuptiale carmen Papinius lib. 1. Sylvar. canit) quæ* nymphæ *persona Poëtico integumento involucroque velata dissimulatur hic à Martiale, atque iterum infra Epigr.* XLVII.

Nympha, meo Stellæ quæ fonte domestica puro
Laberis, & domini gemmea tecta subis.

Aquam enim Stellæ tecta subeuntem Iantida *appellarunt Græco verbo, quod* Violantillam *exprimeret, cùm sit* ἴον viola. *Fuerunt &* Hyantes *populi Bœotiæ, unde &* Hyanteam aquam *alicubi apud Martialem lib.* XII *Epigr.* III. *sed* Ianthea *scribendum, hoc versu:*

Clarus Ianthea Stella sititor aquæ)

pro Hippocrene *legisse me recordor.* * Adverſ. lib. II. cap. XXIII.

Epigr. XXV.

Tu potes & patris miles & esse ducis.

Ita invenio in arcanis Bibliothecis, ubi editur,

Tu potes & patriæ miles & esse decus.

* Adverſ. lib. XXVI. cap. XXVII.

Epigr. XXXIII.

Affligunt hominem, tam miser, & f.

Sine interrogatione, ac planè ita legendum est; ut dicat eum pristinos mutasse mores, veteremque obscœnitatem. *Adverſ. lib. XXVI. cap. XXVII.

Epigr. XXXV.

Ut tandem facies vocemque sitimque, rogamus.

Sic amanuensium libri scripti, facias hodie editur. *Adverſ. lib. XXVI cap. XXVII

Epigr. XLVII.

Sive Numæ coniux Triviæ te misit ab antro.

MSS. melius, Triviæ te misit ab Anna.

Nam Anna Perenna Aritia colebatur. * Adverſ. lib. XXVI. cap. XXVII.

Epigr. LV.

Fragras plumbea Niceroti ana

lego, quomodo & Domitius legit, à Nicerote. *Adverſ. lib. XXVI. cap. XXVII.

Epigr. LVI.

——— scis multos dicere multa.
Reperio in scriptū, scis multos dicere multis. * Advers. lib. XXVI. cap. XXVII.

Epigr. LVII.

Mentiris fictos unguento, Phœbe, capillos,
Et tegitur pictis sordida calva comis &c.
Qui olim toto erant capite calvi, sibi solebant unguento perfusi velut fila capillorum imitari. Phoebum notatur habuisse capilos unguenti pictos colore & mutatos, quos spongia poterat totos delere. Nam loquitur de eo, qui canitiem unguento tegeret dissimularetque: Cùm calvam sordidam *planè intelligenterque dicat. Hinc & Epigramma* LXXIV *huius libri clarescet,*

Calvam triphilem (trifilem) semitatus unguento.
Ille enim etiam unguento comam sibi in capite calvo pinxerat & effinxerat, sed quæ trium filorum esset & capillorum: vel calvam haberet, cui reliqui essent tres capilli: & cùm in capite tanquam sulcos duxisset unguenti lituris & veluti vias secuisset, semitatus *dixit : quæ est antiquorum librorum scriptura. ut mirer quid sit, quòd & contra sententiam & versus rationem multi* segmentatus *& defendant & declarent.* * Advers. lib. XXVI. cap XXVII.

Epigr. LXIV.

Finxerunt pectus Athenæ.
Ita lego, non ut editur fixerunt. * Advers. lib. XXVI. cap. XXVII.

Ibidem.

Quod cùm panticibus laxis, & cum pede grandi.
ut dicat plus sapere putridum cor & iecur pecudis, quæ venalia cum pede & panticibus gerit lanius per Urbis compita. Ex hoc igitur loco facessat interrogatio, in eumque pronunciatio revocetur. * Advers. lib. XXVI. cap. XXVII.

Epigr. LXXIV.

Medio recumbit imus ille qui lecto:
Eum accumbere in honoratissimo loco dicit, nam cùm tres essent lecti, imus lecti medij locus erat honoratissimus, ut in

In Symposiacis auctor est Plutarchus. *Advers. cap. xiv. cap. xxvii.*

Ibidem.

Calvam trifilem semitatus unguento.
Vide supra, ad Epigr. LVII.

Epigr. LXXXVI.

Et potet calidam qui mihi laudat aquam.
Reperio in veteribus, qui mihi libat aquam: *ut sit, ne liberaliter quidem prabet, sed ministrat parce & maligne, ut si libaret. Et tamen* laudat *nos quoque laudamus. Nec id hic agitur, utrum melius sit: sed aliter editum, aliter scriptum esse.* * Advers. lib. xxvi. cap. xxvii.

Epigr. XCIII.

Non detracta cani Trans-Tyberina cutis.
Quod apud Gellium lib. XX. *Cap.* I. *scriptum est:* Tertiis autem nundinis capite pœnas dabant, aut trans Tiberim peregrè vænum ibant: *eo significari puto legem & conditionem venditionis iniquiorem, ut extra fines, qui venditus est, serviat, non in agro Romano: cum Trans-Tiberina regio extra agrum Romanum propriè dictum esset, & in eo genere agri, qui peregrinus habebatur, censeretur, & iam Etruriæ attribueretur: atque hoc venditionis genus atrocius erat & durius, quod Græci* πωλεῖν ἐπ' ἐξαγωγῇ *dicebant, quod erat hac conditione vendere, ut extra fines mancipium educeretur & serviret. At verò eius Trans-Tiberinæ regionis, quæ Urbis pars erat, magnam ferè partem Iudæi, qui* ROMAM *se infuderant, occupaverant: quod quodam loco à Philone in Gaium recordor relatum esse. Quin etiam quòd illa Urbis pars, ut reor, esset infrequentior, minusque culta, & à Iudæis ignotis & omnibus invisis, humilique & sordidâ plebeculâ tantùm incoleretur, ferè in eâ pleraque viliora, immundiora & sordidiora fiebant & administrabantur, pellesque animalibus fœtidæ despiciebantur. Hinc illud Martialis nostri, & Iuvenalis Sat.* XIV.

----------- nec te fastidia mercis
Ullius subeant ablegandæ Tiberim ultra.

Q Qui

Qui Sulphurata vendebant, eam etiam partem habitabant: Vide ad Epigr. XLIV. *lib.* I. * Advers. lib. XXIII. cap. XLIII.

NOTÆ

IN LIBRVM VII.

Epig. II.

TExuit innumeri lubricus unguis apri.

Aut ego hallucinor (quod quidem frequentissimum est) aut loricam Domitiani dicit squamis ahenis textam & consertam fuisse, aprinarum ungularum speciem imitantibus. Qui aliud sentit, à me non reprehendetur: tantum quid mihi videatur in medium profero, si cui fortè placere potest. * Advers. lib. XXIIII. cap. XXVIII.

Epigr. X.

De cute quid faciat ille vel ille sua.

Lepidissimo & urbanissime Poëta de cute, *est* de corpore: *ut* & *apud Flaccum lib.* II. *Sat.* V.

Pelliculam curare iube.

Sic & χρώς: *Græcè* cutis & corpus *est. Nam Latini Græcanicum sermonem ore Romano æmulari gaudebant.* * Advers. lib. XXIIII. cap. XXVIII.

Epigr. XIV.

Mentula cui nondum sesquipedalis erat.

Apud Flaccum in Arte sesquipedalia verba, *non tam intelligo longa* & *extensa, quàm turgida & inflata ac prætumida. Nam ab Architectis esse translationem sumptam puto, apud quos sunt* tigna sesquipedalia, *materies crassior: ita loquitur non raro Vitruvius. Inde igitur Horatium explicandum arbitror, cùm ait,*

Proiicit ampullas & sesquipedalia verba.

am-

ampullarumque figura, quæ tumidæ sunt, huic congruit interpretationi: quamquam, si de longis quis accipiat, qualia sunt Dithyrambica, non repugnabo, præsertim cum dicat Martialis, etsi hoc obscœnius est, Mentula sesquipedalis. *Advers. lib VII cap XIX.

Epigr. XXVII.

Conturbator aper, viliùs esurio.

Plautus Amphitruonis prologo,

Et ut res rationesque vestrorum omnium
Benè expedire voltis.

explicat contrariam dicendi formam, conturbare rationes *apud Terentium in Eunuch. act. V. sc. II. Et* conturbare *apud M. Tullium pro Planco:* & *cur à Martiale* conturbator aper *dicatur. Qui enim non sunt solvendo, neque se extricare nominibus possunt* & *ære alieno, illi conturbant: nec enim eorum rationes explicari* & *expediri possunt. Sic in Epigrammate apud Suetonium de Catone Grammatico:*

Omnes solvere posse questiones,
Vnum difficile expedire nomen.

Et apud Ciceronem pro Sestio scribitur, malis domesticis impediti. *Iterum,* Aut qui propter implicationem rei familiaris communi incendio malunt, quàm suo deflagrare. *Advers. lib. IIII. cap. XV.

Epigr. XXXII.

At iuvenes alios fractâ colit aure magister.

Quæritur hîc quid illud sit fractâ aure? *ego hoc à Græco sumptum arbitror, Græcorumque exercitationibus, apud quos qui Gymnasiorum plagis contusi mulctatique fuerant, propterea quòd à concertatoribus ferè tempora* & *aures feriri solerent,* auribus fractis *dicebantur. Pollux lib. II.* ἐπὶ δὲ τῶν ἐν γυμνασίοις πληγῶν τὰ ὦτα κατεαγέναι, καὶ ὠτοκάταξις. *Hesychius:* ὠτοκάταξις τὰ ὦτα τεθλασμένος *Igitur* Magister fractâ aure, *est magister exercitationum* & *Gymnasiorum exercitor, qui luctam pugillatumve docet, quique pilâ vel follo ludere. Sed non tantùm à*

&c fuerit aliquid in eo interpretari, verum etiam emendare, quod emendatio pro interpretatione futura sit: Ergo

Epigr. XXXIIX.

Sed nec Scylla minor,

lego, ubi scribitur Sed nec Scylla minus: *ut eam Polyphemo non fuisse minorem accipiamus; &* libri *veteres quibus multi plus deferunt quàm sensui, ita disertè scribunt, sine ullâ suspicione litura, ne quis corruptas à me tabulas fuisse conyciat.* *Advers. lib XXIIII cap. XXVIII.

Epigr. XLI.

Cosmicos esse tibi, Semproni Tucca, videris:
Cosmica, Semproni, tam mala quàm bona sunt.

Epigramma obscurum. Credo Sempronium voluisse videri Socratis & Philosophorum imitatorem, qui se mundanos dicebant, nō alicuius certi definitique loci municipes; ac se mundanum esse respondit, interroganti cuias esset Socrates. Martialis autem, qui Mundum tantundem boni quantum mali habere sciret, & *multos intelligeret ambitioso Philosophi nomine magna vitia occultare,* *mundanaque* Cosmica *dicit;* & *bona* & *mala dicit, ne eo nomine se Sempronius circumspiceret.* * Advers. lib. XXVI. cap. XXIV.

Epigr. XLVI.

Et tua de nostro, Prisce, Thalia placet.

Balbutit illud, balbumque est in ultimo verbo, cùm tacet *scribendum sit; quod, si quid & illud refert, nos etiam vetustis libris credimus; quibus, qui sententiam consulet, astipulatorem se prabebit. Quod enim versus se scribere accuratos simularet, vel etiam meditaretur,* & *tanquam ruminaret, nec interea dona remitteret, silentium eius meritò sibi conqueritur damnosum Martialis.* * Advers. lib. XXIII. cap. XXVIII.

Epigr. XLIIX.

Pro mensis habet Annius ministros.

Puto ita intelligendum, Supponunt illi plurima mensæ adducta.

ducentas, non tamen in eis obsonia reponit: sed eas semper servi gerunt, nec epulis frui possunt conviva. ita ambulatoriam cœnam potius spectant, quàm comedunt, cùm ministri celeriter paropsides & gabatas ante convivas præterferant. * Adversf.lib.XXVI.cap.XXIV.

Epigr. LII.

Parvaque cum canis venerunt coctana prunis.
Quæ hìc & in Plinio (lib.XIII.cap.V) Coctana scribuntur, ea Cottana *vocari debere, cùm librorum veterum assertione, tùm affirmatione Hesychij crediderim. is enim sic scribit,* Κόττανα εἶδος σύκων. *Vide Epigr.* XXV.*lib.*XIII. * Adversf.lib.XXV.cap.XXVIII.

Epigr. LV.

Lingas non mihi *scribendum est*, Linges. *&* Tributi *ultimâ eius voce: cùm præsertim usitatissimum & pertritum loquendi genus sit,* damnatum tributi. *Hoc tamen novissimum, meam tantùm adstringit fidem, non (ut ita dicam) codicariam. Sequenti*

Epigr. LVI.

æquè suspicor legendum,

——Iovi dare templa parabit.

hodie paravit *editur. nec illud quidem antiquos appellare libros potest, sed, ut in Rhetorum scholis dicitur, est coniecturale.* * Adversf.lib.XXIIII.cap.XXVIII.

Epigr. LXIII.

Sacra cothurnati non attigit antè Maronis,
Cur hic Martialis, & Persius in prologo dixit,
Ad sacra vatum carmen affero nostrum?
Nempe quòd se Poëtæ sacros dicunt.
At sacri vates & Divûm cura vocamur,
inquit Ovidius III. *Amor. eleg.* VIII. *Et se Poëta ut sacerdotes sacra ferre solent prædicare. Maro* II. *Georg.*

Me verò primùm dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero.

* Adversf. lib.XXV.cap.VI.

Epigr. LXVII.

Et flavescit haphe, gravesque draucos.
Lego, sed coniecturam secutus, ut me tandem homines coniectorem esse iocentur,

Et flavescit aphæ, gravisque draucus,

ut dandi casu intelligatur. At coniectarium non est,

Alteras facili rotat lacerto,

sed librorum: quod quidem & rectum & verum credimus, non Alterno, quod adscriptitium esse suspicamur. * Adverf. lib. XXIIII. cap. XXVIII.

Epigr. LXXIV.

Maternæque sacris ornentur frondibus Idus.
De Mercurij natali & sacrijs intelligendum est, ut ostendit versiculus ille lib. XII. *Epigr.* LXVII.

Maiæ Mercurium creastis Idus.

* Adverf. lib. XXV. cap. XXIIII.

Epigr. LXXIX.

Potavi modò consulare vinum. &c.
Videntur antiqui vinum consulare *appellasse vinum vetustissimum & optimum; ut optimam notam vini Cicero De clar. Orat.* Opimianam & Anicianam *dicit, ex eorum hominum consulatu: ita vinum consulare erat, ut Opimianum & Anitianum. Hinc iocus Martialis.* Ipso *autem* consule *dicit, verè consulare vinum significans, nec ementitum auctoritatem Consulis: ut si diceres, verè Opimianum & consulare: non falsa nota & mēdacis. hinc sequitur iocus præter exspectationem de vino novo & musteo: qui vinum ponebat, consulatum gerebat.* * Adverf. lib. XXV. cap. XXIIII.

Epigr. LXXXVI.

Argenti tibi libra postulati.
Ita in veteribus libris, postulatum *pustulatū & pusulatum interpretor. Defendo & adversus eorum sententiam rectè legi in Iurisconsultis,* Veluti cùm argentum pusulatum fabro daretur, ut vasa fierent. *Quas enim* pustulas *vocamus,* pusulas *etiam ab antiquis vocatas invenio: quod Pliniani codices vetustissimi lo-*

cis

cis infinitis ostendunt: sed fastidio occurrens, uno contentus ero. lib. XXVI. *cap.* VIII. Est enim tā ferventis naturæ, ut per se extra corpori impositum pusulas ignium modo faciat, & pro caustico in usu sit. *Columella lib.* VII. *cap.* V. pusula *ignis est sacer, unde* pusulosa *vel* pusilosa *avis.* u *autem et* i *sæpe inter se submutantur: vt* Optimus, optumus. *Pusula igitur pustula est. Et Pustula dicitur ignis sacer, qui pustulas passim quà depascitur attollit: nomenque ex eo habet pusula, quia pus continet.* Pustulatum *igitur argentum &* pusulatum *vel* pusilatum *nihil differre existimo, rectèque sic appellari suspicor: quin &* postulatum, *cùm* u *in* o *non raro migret. Itaque in Tranquillo in Nerone cap.* XLIV. *reperi scriptum,* Exegitque ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentum postulatum, aurum ab obrusam. *Nec sanè illis assentior, qui à* postulãdo *deducũt, freti auctoritate Iuvenalis Sat.* VII.

Accipe victori populus quod postulat aurum.

Postulatum argentũ est purum putum & pusulâ ac igne excoctũ, quòdq; pustulas et tumores habet. Nos quoque in vernaculo sermone, perinde quasi posula *pro* pusula *interdum diceretur, mutato* p *in* b, *tumorem* bosulam *appellare solemus. Verius tamen puto* pustulatum *argentum et* pusulatum *dici, quàm* postulatum. *Adverſ. lib. XXIIII. cap. 11

Epigr. XCV.

Et Gallum timeo minùs recentem.

Non otiosos hoc esse sinit Grammaticos, nec in utramque dormire aurem; quorum hic nō referam interpretationes: sed quid mihi videatur proferam. puto significari malum odorem, quem corpore suo emittebant Galli Romam venientes recentesque, cùm intemperantius viverent, et labore itineris virus intemperantiæ augerent. * Adverſ. lib. XXV. cap. XXIV.

Epigr. XCVIII.

Omnia Castor emis, sic fiet ut omnia vendas.

Est Epigrammation uno comprehensum versu. cui appēsum reperi pentametrum in quodam codice,

Nil uxore tamen nudius esse potest.

Quod tamen fortasse ad sensus explanationem non est neces-

necessarium; & ,ut opinor, Martialis si non verbo, versiculo saltem voluit argutari uno. Tamen quod reperi, supprimere nolui. Ac in proximo Epigrammate credo scribendum : (nos enim scriptuarij sumus, & literaturæ menda plerumque delemus:)

Dicere de nobis, ut lector candidus, aude.

Hodie audet scribere & edere omnes audent, qui rectum non magis curantes quàm numerum lupus, vt inquit Poëta. Advers. lib. xxv. cap. xxIIII.

NOTÆ

IN LIBRVM VIII.

Epigr. III.

DVm tua multorum vincat avena tubas.

Maro Ecloga I.

Silvestrem tenui musam meditaris avenâ.

Tytirus calamo canit, & vt pastor, & quòd tytiros *etiam calamus est, auctore Hesychio; &* tytirenus *monaulus, vel tibia calamina, quæ* avena *etiam dicitur. Ad Maronis locum de calamo agresti respexit Seneca lib.* IV. *De beneficijs cap.* VI. Qui non calamo tantùm cantare, & agreste atque inconditum carmen, aliquam tamen observationem modulari docuit. * Advers. lib. xvI. cap. v.

Epigr. VI.

Hi duo longævo censentur Nestore fundi.

Scribit Aristoteles favos strui similitudine poculorum geminos habentium fundos, & in diversa patentium, quæ pocula Græci vocant ἀμφικύπελλα: *ea Martialis intellexit. Aliam tamen sententiam reddidit Plinius. Verba Aristotelis sunt,* περὶ μίαν γὰρ βάσιν δύο θυρίδες εἰσὶν, ὥσπερ ἡ τῶν ἀμφικυπέλλων. * Advers. lib. xxIII. cap. xIII.

Epigr. X.

Adeò benè emit, inquis, immò non solvit.

Ita in

Ita in loco Ciceronis apud Macrobium lib. II. *Saturnal. cap.* II. melius emere *est carius emere.* Quo meliùs, *inquit*, emptum sciatis, tertia deducta est. *ambiguitate quæsita est urbanitas, tùm quòd ad Imperatorem deduxerit Serviliã filiam suam Tertiam, tùm quòd tertia pars deducta esse & detracta intelligatur, nam cum lege Cæsaris, creditores debitoribus satisfacere iuberentur per æstimationem possessionum, quanti quasque antè bellum civile comparassent, deducta summa æris alieni si quid usuræ nomine numerassent, aut perscripsissẽt, in tantâ vilitate prædiorum Serviliæ addictorum talẽ quãdam deductionem factam esse alludens Cicero dixit; quæ tamen in illis hastæ auctionibus locum habere non potuit.* * Advers. lib. III. cap. XXII.

Epigr. XXXIV.

Archetypum Myos argentum te dicis habere,
Quod sine te factum est, hoc magis archetypũ.

Minutum hoc duobus versiculis Epigrammatium non satis enucleatum est ab Enarratoribus. Ego argutiam iocumque Epigrammatis latere puto in vocabulo factum est: *hoc sensu, Dicis te habere toreumata argentea operis antiqui, quæ quidẽ magni ab omnibus olim æstimabantur, iocans Martialis ait, tu istâ verbosâ ostentatione argenti tui & iactatione ventosâ multum detrahis pretio, & efficis, ut vasa tua convivis molestia & tædio sint; adeo ut argentum factum, (id est vasa, argenti enim facti nomine vasa censentur argentea) si sine te sit & si absis, sit magis archetypum, id est pluris censeatur, antiquiusque videatur.* * Advers. lib. XXI. cap. XXIII I.

Epigr. LVI.

Tu licet & nostrum, dixit, Alexin ames.

Intellexit Martialis puerum quendam Mæcenatis, vatì dilectum. At Apuleius in Apologiâ puerum amici sui Pollionis, his verbis : Quantò modestiùs tandem Mantuanus Poëta, qui itidem ut ego puerum amici sui Pollionis bucolico ludicro laudans, & abstinens nominum, sese quidem Corydonem, puerum verò Alexin vocat? *Sed & Alexin appellasse Maronem ferè suspicer, quòd eodem nomine ante delicatum quendã suum celebrasset Plato.* * Advers. lib. XXIX. cap. XIII.

Epigr.

Epigr. LXXIIX.

Versus sunt lepidi, sed paucis intellecti, cùm tamen verbis minimè obscuris contexti sint. Nô commemorabo eorum sententias, quorum libri in medio sunt, & consuli possunt: quid sentiam, potius declarabo. Sed antè versus ipsos adscribam:

Omnis habet sua dona dies, nec linea dives
 Cessat, & in populum multa rapina cadit.

*His versibus nisi me animi coniectura fallit, sparsionem & missilia describit: cùm nummi, gemmæ, edulia in populum diripienda iaciebantur. Quam igitur, obsecro, li*neam divitem *dicit? ego interpretor gemmas & margaritas, resque pretiosas in lineâ. Quemadmodum in Iure,* si linea margaritarum surrepta sit, dicendus est numerus. *Iterum,* si maritus uxori margaritas extricatas dedisset usu, easque inscio viro perforasset, vt pertusis in lineâ uteretur, tenetur lege Aquiliâ.

Subijcit in eodem Epigrammate Martialis:

Nunc veniût subitis lasciva numismata nimbis,
 Nunc dat spectatas tessera larga feras.

Superioribus versibus de missilibus disseruit, hoc ultimo de tesseris: quæ globuli erant certa speciei notis inscripti, quæ ei qui iactam tesseram rapuerat, dabatur. Dio in Nerone, & Xiphilinus, qui Dionem in compendium redegit, σύμβολα appellant, quæ sic Xiphilinus declarat: πάντα μὲν γὰρ τὰ πολυτελέστατα, ἃ ἄνθρωποι ἐσθίουσι, πάντα δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ τιμιώτατα, ἵππους, ἀνδράποδα, ζεύγη, χρυσίον, ἀργύριον, ἐσθῆτα ποικίλην, ἐδίδου, διὰ συμβόλων. Σφαίρια γὰρ μικρὰ γεγραμμένα, ὡς ἕκαστα αὐτῶν ἔχοντα, εἰς τὸν ὅμιλον ἐρρίπτει, καὶ ἐδίδοτο ὅ, τι τις δ' ἐκείνων ἥρπασεν. *Id est:* Omnia enim lautissima quæ homines edunt, & omnia alia maximi pretij, equos, mancipia, iumenta, aurum, argentum, vestem variam, tesseris dabat. nam globulos parvulos eorum quidque pictum habentes in plebẽ mittebat, & quod quis rapuisset, dabatur. *Hinc etiam explicantur sequentes Martialis versus:*

Nunc implere sinus securos gaudet, & absens
 Sortitur dominos, nec laceratur avis.

Nam Missilia rem ipsam spargunt, & mittunt, Tesseræ promittunt: ita non laceratur rapientium manibus absens

sens avis, & implet sinus securos: qui enim in sinum condidit tesseram, non metuit ne evolet avis, sed securus est. Securus, non si avis ipsa esset, ne vel viva avolaret, vel mortua è sinu cadens alterius fieret. Sed ut interpretatio nostra adstipulatione confirmata Tranquilli, faciliùs in vulgus fidem obtineat, non cunctabor adscribere, quod in Nerone prodidit, cap. XI. Sparsa & populo missilia omnium rerum per omnes dies, singula quotidie millia: avium cuiusque generis multiplex penus: tesseræ frumentariæ, vestes, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, iumenta, atque etiam mansuetæ feræ; novissimè naves, insulæ, agri. * Advers. lib. XXIX. cap. IX.

NOTÆ

IN LIBRUM IX.

Epigr. XXVIII.

VOs me laurigeri parasitum dicite Phœbi. *Sensus non satis perspicitur, sed interpretationem è Verrio Flacco elicere perfacile est, qui quærit, quamobrem* Salva res est dum saltat senex, *Apollinis parasiti in scenâ dicerentur? Unde colligere licet sic appellatos fuisse Mimos & histriones, præsertim cùm se Latinus histrio optimus ita vocet in epitaphio apud Martialem. Aliquando parasitos Apollinis interpretatur Verrius mimos secundarum partium, quòd ludis Apollinaribus in mimis ferè essent parasiti illarum partiû actores. Pompeius lib.* XVII. *Verrius, inquit,* parasitos Apollinis ait ita appellari quòd Caius Volumnius, qui ad tibicinem saltarit, secundarum partium fuerit, qui ferè omnibus mimis parasitus inducatur. *In antiquâ Inscriptione parasiti Apollinis est mentio:*

AGILIO. SEPTENTRIONI
SACERDOTI. MOSCHI. DEI
APOLLINIS. PARASITO
ALVMNO. FAVSTINÆ
AVGVSTÆ.

* Advers. lib. XXI. cap. XXIV.

Epig.

Epigr. XXXV.

Cuius Iüleæ capiti nascantur olivæ.

Id est corona ab Imperatore data in certamine Capitolino quinquennali. * Vide Adverf. lib. XVII. cap. IX.

Epigr. XLII.

Campis dives Apollo sic Myrinis.

De hoc versiculo magnâ animorum contentione & magno partium studio Sipontinus & Domitius depugnarunt, cùm alter, velut pro aris & focis dimicans, Myrinis *pertinaciter defenderet : alter pari manu prælium conseveret, &* Murinis *tueretur, affirmaretque,*

Campis dives Apollo sic murinis,

legendum esse. Eorum rationes studiosis notas esse confido: certè in promptu sunt, nec à me commemorabuntur, cùm eis prætermissis, sic quoquè tamen satis chartæ periturum sit. Ego, etsi invitus facio, ut à tantorum virorum sententiâ discedam, neutri tamen (ut quod sentio, ingenuè loquar) assentior, legendumque arbitror,

Campis dives Apollo Semurinis:

nam utriusque scripturæ contumaces repugnant syllabæ; ut ne alia argumenta conjecter. & se murinis *in quibusdam exemplaribus legi testificatur Domitius.* Semurium *autem campus erat Romæ propinquus. in quo, ut reor, templum erat Apollinis. Cicero* VI. *in Antonium:* Quis est iste ordo? multi fuerunt multis in legionibus per tot annos: his quoque divisit Semurium. *Macrobius lib.* I. *Saturnal. cap.* X. *de Accâ Larentiâ :* Post excessum suum populo Romano agros Thuracem, Semurium, Lincerium & Solonium reliquisse. * Adverf. lib. XXI. cap. XXIIII.

Epigr. XCIV.

Santonicâ medicata dedit mihi pocula virgâ.

Virga Santonica, *est absinthium Santonicum, ut & apud Scribonium Largum cap.* CXLI. Santonica herba. * Adverf. lib. XVII. cap. XVI.

NOTÆ

NOTÆ

IN LIBRUM X.

Epigr. IIII.

LEgas Ætia Callimachi.

Αἴτια Καλλιμάχου, libri erant fabularum pleni, refertique rerum multarum, quarum causas ad fabulas referebat: nam non assentior ijs, qui de moribus libros fuisse suspicantur: *Vide Advers. lib. 30. cap. 30.

Epigr. V.

Orciniana qui feruntur in sponda.

Sandapila erat quadam popularis, quâ plebei vilesque efferebantur. Suetonius in Domitiano cap. XVII. Cadaver eius populari sandapilâ per vespillones exportatum. *Sed & misera plebis quadam erat Sandapila; de quâ Horatius lib.* I. *Sat.* VIII.

Huc prius angustis eiecta cadavera cellis
Conservus vili portanda locabat in arca.

Et Lucanus lib VIII.

Da vilem Magno plebeii funeris arcam.

Erat & Orciniana sandapila, velut libertinorum sandapila, ex illo ordine nomen habens; (quidam enim liberti Orcini vocabantur) quam Martialem putem intelligere. Advers. lib 30 cap. 30.

Epigr. VI.

Quando eques, & picti tunicâ Nilotide Mauri.

Tunica Nilotis, est tunica acu picta ab Ægyptijs: nam & eam artem eleganter egregieque exercebant. Lucanus lib. X.

Quod Nilotis acus compressum pectine Serum
Solvit & extenso laxavit stamina velo.

* Ibidem.

Epigr. X.

Divisit nostras purpura vestra rogas.

Valer.

Valet, ut suspicor, Vos purpurati & nobiles salutatum itis, & clientium pauperumque officia occupatis, qui togati mane limina potentiorum & locupletiorum obeunt: quod munus inter vos divisistis, & pauperes exclusistis ab obsequio. * Ibidem.

Epigr. XIII.

Cùm cathedralitios portet tibi rheda ministros.
Ministri cathedralitii *à quibusdam explicantur delicati & molles, qui rhedâ vehebātur, in cathedrâ sedentes. Sed cùm cathedras foemineas legamus, verius est, ut à foeminarum cathedris intelligamus, effoeminatos & delicatos, formosulosque & fœminis similes. Iuvenalis* Sat. VI.
Cuius apud molles minima est iactura cathedras.
* Advers. lib. XXX. cap. XXX.

Ibidem.

Et Libys in longo pulvere sudet eques.
In comitatu nobilium Romanorum erant equites olim, ferè ex Africa, quibus delectabantur. Tranquillus in Nerone cap. XXX. *de itinere Neronis:* Armillatâ & faleratâ cum Mazacum turba, & cursorum. *Nam Mazaces populi sunt Africæ. Seneca lib.* XXI. *Epist.* CXX. Omnes iam sic peregrinantur, vt illos Numidarum præcurrat equitatus, vt agmen cursorum antecedat.
* Advers. lib. XXIII. cap. VI. & lib. XXX. cap. III.

Epigr. XXIV.

Sed vitæ tribus aureis peractis.
Lucos Elysiæ petam puellæ.
Puella hîc Elysia, *puella, ut arguror, Proserpina est. Ac si quid veniæ dari potest homini in capitali coniecturæ audacis crimine toties deprehenso*, tribus areis *non invitus legerim, ut tria curriculi vitæ spatia intelligat, pueritiæ, iuventutis, senectutis. Quod enim hîc de* aureis, *ut nihil dissimulem, haud satis intelligo: nec quæ circumvestiunt & fucant commentis Interpretes, probabilem & arguto Poëtâ ingeniosoque dignam sententiam præstant. vel* aureos tres peractos, *dicit octoginta quatuor annos: quòd aureus Romanus æstimaretur viginti octo denarijs argenteis, id est duodenis nostratibus ferè centum.* * Advers. lib. XXX. cap. XXX.

Epig.

Epigr. XXV.

In matutina nuper spectatus Arena.
Spectaculum quoddam matutinum erat, & dicebatur: cuius apud Senecam mentio est lib. I. Epist. XVII. Sed & Ludus quidam gladiatorius dicebatur matutinus, ubi discebant armaturam & telis batuere gladiatores, fortassè ad spectacula matutina, vel potius ubi manè proludebant rudibus, dictataque armaturæ accipiebant, & arenæ præparabantur. * Ibidem.

Epigr. XXXIII.

Vt tu si viridi tinctos ærugine versus.
Id est, furore & maledica invidia. Invidiam veteres animi vitium esse censebant, ut ferri rubiginem, & æris æruginem; & proinde per translationem, animi æruginem vocavère: quasi sit tanquam æris, sic animi ærugo. Horatius lib. I. Sat. IV.
----hæc est Ærugo mera. * Ibidem.

Epigr. XLI.

Et populare sacrum bis millia dena tulisset.
Sacra Bonæ Deæ pro populo fiebant, sed à mulieribus. Popularia *autem, Festo auctore,* sacra sunt, quæ omnes cives faciunt: *scilicet, quæ non sunt attributa certis familiis. Ex his* Floralia *erant, quæ Magistratibus, ut Pretoribus, fiebant: sed & alia, quorum quædam fortassè Pretorus impensis fiebant.* * Ibidem.

Epigr. LIX.

Coena tibi. sed te mactya sola iuvant.
Mactya *scribitur Græcorum more. Hoc nomine, ut ait lib.* XIIII. *Athenæus, omne scitamentum, & omnis cupedia iucundumque & pretiosum edulium censetur cùm tamen initiò esset quædam maza. Varro de Ling. Lat. lib.* IV. Macteæ ab eo quod Græci μαγίδες. Macteæ *etiam à Suetonio vocantur in Caligula, cap.* XXXVIII. *scribente,* Et multis venenatas macteas misit. *Et Arnobius lib.* VII. Frustilla hæc parvula pro suavibus macteolis sumunt. * Advers. lib. XXI. cap. VI.

Epigr.

Epigr. LXXXVII.

Cœnatoria mittat advocato.

Cœnatoria vestes sunt, quibus in coenâ antiqui vtebantur, vt & apud Petronium: Cœnatoria, *inquit*, repetimus, & in proximam cellam ducti sumus, in quâ tres lecti strati erant. * Adverſ. lib. xix. cap. viii.

NOTÆ

IN LIBRVM XI.

Epigr. I.

Vadas & redeas irrevolutus.

Titubat pedum greſſus: legendum existimo, inevolutus, *non* irrevolutus. *id autem erit non explicatus, non lectus.* Ibidem,

Sed cùm ſponſio fabulæque laſſæ
De Scorpo fuerint & Incitato,

cùm dicit, ſponſiones populi, depoſitis pigneribus aut pecunia, de alicuius agitatoris victoriâ factas intelligit. Septimius Florens: Adſpice populum ad id ſpectaculum iam cum furore venientem, iam tumultuoſum, iam cæcum, iam de ſponſionibus concitatum. *Scorpus autem nobilis agitator fuit, & Incitatus equus nobiliſſimus & velociſſimus, Circenſibus curriculis & palmarum frequentiâ celebratiſſimus, Caligulæ, vſque eò amatus, vt ad coenam vocaret, & ei hordeum aureum obiiceret, & vinum aureis pateris propinaret, ſanctéque adiuraret per ſalutem & fortunam ſuam, teſte Suetonio in Caligulâ cap.* LV, *ſe eum Conſulem facturum.* * Adverſ lib 8. cap 4 et lib 18 cap 30.

Epigr. IV.

------Neſcit ſacculus iſta meus.

Sacculus *crumena eſt. Catullus Epigr.* XIII.

------Nam tui Catulli
Plenus ſacculus eſt aranearum.

Vide Adverſ. lib 9. cap. 17.

Epigr. VII.

Epig. VII.

Permittis, puto, pileata Roma.
Romani Saturnalibus pileum gerebant, aliis diebus nudo capite erant, aut caput veste velabant. Itaque veteres nullæ Romanorum statuæ cum pileo visuntur. Eustathius lib. Odysseæ de Latinis, ὅπως δ' καὶ ὅδ' ἀα κεφαλὰ ἀκατακαλύπτως ἔχειν. *differit enim fortasse eos nudi capitis consuetudinem à priscâ Græciâ duxisse, cùm apud Homerum nec pilei, nec causiæ ulla mentio sit; & Heroico seculo videantur ea capitis operimenta hominibus vsitata non fuisse.* * *A* verf.lib.VIII.cap.IIII.

Epigr. VIII.

Dicet & ictericam te forsitan altera mœcha,
Iterum Epigr. LXXII,
Ictericam vetulo se dixerat esse marito.
Proculdubio utrobique hystericam *emendandum, ut morbus vulvæ intelligatur, qui libidine plerumque levatur.* * Adverf.lib.VIII.cap.IIII.

Epigr. IX.

De Pallatinis Dominæ quod Serica prælis.
Dominæ. *id est Augustæ. Lautiores Romæ vestem, quâ raro vterentur, domi compositam habebant in arculis aut prelis Eorum prelorum mentio est apud Ammianum Marcellinum, vocatque, nisi fallor,* [illegible]essoria.
* *A*dverf. lib. XXI cap.VI. & lib.XXIII. cap. XIX.

Epigr. XIX.

In quo rura faci[illegible]us Dianæ.
Luci Dianæ consecrabantur vnde Horatianum illud in Arte Poëtica:
———dum lucus & ara Dianæ.
* *A*dverf.lib. XXX. cap. XXVII. Vide & lib. XXIV. cap. XX.

Epigr. XXI.

———Qui tristis [illegible] legis.
Vide quæ notavimus ad Epistolam lib. I. *Epigrammatum.*

Epigr. XXII.

Quàm rota transmissio toties impacta petauro.

Hic petaurus *tignum vel tigillum est, quod à petauristis per rotam transmittebatur ei impactum.* Impacta *tamen* rota *dicitur hîc, cui impactum id est: quamquam & petauro quoque rota impingebatur, itaque transmittebatur per eam. Atque id verius est. Transmissione autem multâ & frequenti r... laxior reddita erat. Tigno autem illo & rotâ vtebantur, per hanc machinam saltãtes et gestus dantes: sed et tignum aliquando altiùs suspendebant, & inde saltus ad stuporem spectantiũ varios dabant. Lucilius apud Festum lib.* XIIII.

Sicuti mechanici ex alto exiluere petauro.

* Advers. lib. VIII. cap. IV.

Epig. LVII.

Linconicis agedum tumeat tibi culcita lanis.

Ego hic & in Apophoretis in codice scripto reperi Leuconicis, *quæ tomenta sunt, & ita vocabantur à Leuconico loco. Hoc eò audacius scribe, quòd intelligam Sipontinum in eadem sententiâ esse.*

Ne illud quidem indictum prætermittam, in eod. Epig. in veteribus chartis legi, Et reges & cimex, *ita postulante syllabâ primâ* cimicis, *quæ longa est: hodie* Et reges atque cimex *legimus, & ei vim afferimus.*

Sed & pro purpura texta, *reperi* purpura pexa, *quod prætermittere, piaculum committere fuisset.* * Advers. lib. VI... ...p. IV.

Epigr, LIX.

Cum me velle vid..., *&c.*

Obscœnum quidem est, sed tamen ut ab errore Epigramma vindicetur, adscribendum honorem præfatis, ten tumque Telesphore sentis. *hodie* tecumque *excuditur.*

* Ibidem.

Epig. LX.

Dactylothecam non habet.

Lego Dactyliothecam, *& versu hoc cogẽte, et verbi significatione adigente, cùm annulorum repositorium intelligatur, qui δακτυλιοι Græcè vocantur.* * Ibidem.

Epigr. LXII.

Nefandus ille quem hîc stigmate famosi inurit Martialis, Manneius *non* Maneius *vocandus. quod veteribus credimus libris, eosque fideiussores obligamus.*

* Ibidem.

Epig. LXXII.

Ictericam vetulo se dixerat esse marito.

Supra ad Epigr. VIII. Hystericam *legendum monuimus.*

Epig. LXXIII.

Drauci Nata fui vocat pipinnam.

Hoc vocabulum plurimum Grammaticis hominibus exhibuit negotij. Pipinnam *à* pipillando *nonnulli hallucinantur. Alij* vepenem, *& parvum intelligunt penem. Ego, ut sententia quoque nostra procedat in numerum, sequor antiquos libros, et* bipennam, *vel, quod idem est,* bipinnam *lego, cùm* pinna & penna *dicatur. Sic autē vocatur pars ea quâ viri sunt, hoc loco, malè crassa, quæ duarum pennarum tubos vel cannas duplicis pennæ, amplitudine, id est crassitudine, non superet. Sic, ut opinor, tueri veterem scripturam præstat, quàm Martialem nō interpretari, sed imaginario et falsò vocabulo submisso novum Epigramma scribere.* * Adverf. lib. VIII, cap. IIII.

Epig. CVIII.

Explicitum nobis usque ad sua cornua librum.

Veteres, ut in calce librorum coronidem adpingebant; ita, ut suspicor, in fronte lunulam ad ornatum designabant. Huius suspicionis causam nobis Ausonius prebet, ita scribens in Commemorat. Professor. Burdigalens. XXVI.

Quos legis à primâ deductos menide libri,
Doctores patriæ scito fuisse meæ.

Menis *autem lunula est, quæ cùm corniculata sit, idcirco et* cornua *Latini ea ornamenta librorū vocavēre. Tibullus lib.* III. *Eleg.* I.

Atque inter geminas pingantur cornua frontes.

Ovidius I. *Tristium:*

Candida nec nigrâ cornua fronte geras.

Sed & in fine cornua ponebantur, ut ex hoc loco Martialis constat. * Adverf. lib. XXI. cap. X.

NOTÆ

IN LIBRVM XII.

In Epist.

Statui paucissimis diebus, ut familiarissimas mihi aures tuas exciperem adventoriâ) *Hoc de epistolâ intelligunt, qua amico venienti occurrit. sed diebus paucis epistolæ scribendæ non est opus, sed horis. Ego de libro hoc potius intelligendum augurer, quem paucissimis diebus à se scriptum dicit, & Prisco Terentio nuncupat. De libro autem ut de adventoriâ cœnâ loquitur, quâ excipere solemus amicos peregrè redeuntes, aut longo intervallo ad nos venientes. Plautus in Epid. Act. 1. Sc. 1.*

E P. Venire salvom gaudeo. *T H.* quid cæterum?
E P. quod eo assolet, Cœna tibi dabitur.
Idem Bacchid. Act. 1. Sc. 1.

Ego sorori meæ cœnam hodie dare volo viaticã.
Viatica cœna, est adventitia, sive adventoria. Iterum ead. Fab. Act 1. Sc. VI.

———— *PIST.* Salvos cùm peregrè advenis,
Cœna detur. * Advers. lib. II. cap. ult. & lib. XXX. cap. XXVI.

Sed in his non acquiescemus, ac ex eodẽ libro hanc telam detexem. Nisi me iudicium fallit, fermè suspicor esse contaminatum Epigramma ad eundem Priscum.

Epigr. IV.

Quod Flacco Varioque fuit. *&c.*
Eius pars loco demigravit, & in proximam viciniam immigravit, in Epigramma VI, *quod Neræ inscriptum. Nam*, Macte animi, quem rarus habet, *&c. ad calcem usque, eidem Epigrammati* IV. *adscribi debet.*
* Advers. lib. XXX. cap. XXVI.

Epigr. XIV.

Parcius utaris (moneo) rapiente veredo.

Opinio

Opinio est veredum *equum esse qui* vehat rhedam: *quae quidem à praeceptoribus, & eruditissimis hominum nostrae memoriae scriptis accepta, me in longam aetatem comitata est. Nunc Veredum equum puto, qui neque rhedam nec cisium trahat, sed vice tamen rhedae sit. Id adeo ex Martiale & Ausonio conjicere licet, ne aliis auctoribus testimonium denunciemus. Ille enim inquit,*

Parcius utaris (moneo) rapiente veredo,
Prisce, nec in lepores tam violentus eas.

Non, ut opinor, qui venabatur, rhedâ vectabatur. Sed & equum esse non rhedam sequens versus indicat,

Decidit excussus nec rediturus equo.

[*Item lib.* XIV, *sub lemmate* Ephippium, LXXXIV.
Stragula succincti, venator, sume veredi:
Nam solet à nudo surgere ficus equo.]

Ausonius autem apertissimè id etiam indicat Epist. XX. *his verbis:*

Non cisium, aut pigrum cautus conscende veredũ
Nec tibi sit rhedae, non amor acris equi.

Iterum,

Vel celerem mannum, vel ruptum terga veredũ.

Ubi in equis viatoriis numeratur Veredus, *sed & in antiquo Lexico exponitur* σφολὸς. *Procopio est equus cursus publici. Isidorus tamen lib.* XII. *cap.* I. Veredos esse dictos, *ait*, quòd veherent rhedas, vel quòd per vias publicas currant, per quas & rhedas ire solitum erat. * Adverſ. lib. XVIII. cap. I.

Ibidem.

Saepius est equitem rumpere, quàm leporem.

Sic & rumpere usurpavit Ovidius in Ibin:

Quique Lycurgidem lethavit, & arbore natum,
Idmonaque audacem, te quoque rumpat aper.

Frangere *etiam pro interimere eleganter dixit Solinus cap.* XX. *de canibus Albanis:* Apud hos, *inquit*, nati canes omnibus feris anteponuntur, frangunt tauros, leones perimunt. * Adverſ. lib. XXIIII. cap. XXI. Vide etiam lib. XXVIII. cap. XXXI.

Epigr. XXIX.

Cretatam Praetor cùm vellet mittere mappam.

Mappam quoque usitatum Circo nomen, Pœni sibi vendicant, scribit Quintilianus lib. I. cap. v. Quod de mappâ eâ intelligo, quâ Prætor signũ quadrigis mittebat, ut è carceribus exirẽt. Septimius Florens: Cognoscẽ deũ ẽtiam de vanitate: MISIT dicunt, & nunciat invicẽ, quod simul omnibus visum est. Teneo testimonium cæcitatis: non vident missum quid sit, & mappam putant: sed est Diaboli ab alto præcipitati figura. Missus autem quadrigarum sorte mittebantur, & Prætor qui ludis præerat, ex urna educebat quadrigas iis missus. Idem Septimius: Tardus est illi Prætor, semper oculi in urnâ eius, cum sortibus volutantur. &c. * Adverſ. lib. XVIII. cap. XXXIII.

Epigr. XXXII.

Quas non tercentas pensione pro bimâ.

Hic pensio merces est ædium aut cellarum conductarum ut apud Paulum I. C. lib. V. Sentent. tit. XXXVI. Si prædia urbana, vel mancipia appelletur, pensiones eorũ vel mercedes vecturæ, etiamsi de navi agatur, deponi solent. * Adverſ. lib. XXX. cap. XXVI.

Ibidem.

Ibat tripes grabatus, & bipes mensa.

Tripedem grabatum interpretor claudum uno pede, uti & mensam mutilam; ut plerunque pauperiorum supellectili accidit. * Adverſ. lib. XIX. cap. IV.

Epigr. XLIX.

Crinitæ, Line, pædagoge turbæ.

Pueri, ut formosiores viderentur, comam nutrire & colere studiose solebant. qui & cirrati ideo dicuntur à Persio Sat. I.

Ten' cirratorum centum dictata fuisse
Pro nihilo pendas?

* Adverſ. lib. XXVI. cap. XXI.

Epigr. LII.

Non aliena vides, sed amat Proserpina raptas:
Iste tibi dominam conciliabit amor.

Non solùm amatores amicam suam Dominam vocare solebant, sed & eodem nomine Augustæ & Reginæ vocabantur, id est Imperatorum & Regum uxores. Maro VI. Æneid.

Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti

& hoc loco Martiali s. id est, Proserpinam uxorem Plutonis. Martialis lib. xi. Epigr. ix.

De Palatinis Dominae quod Serica praelis.

Id est, Augusta. Sed & in universum uxores omnes sic vocantur, ut è quodam Seneca loco intelligi potest. * Advers. lib. xxi. cap. vi.

Epigr. LVII.

Illinc paludis malleator Hispanae.

Quid si balucis? sic enim massas quasdam auri vocari in Hispania solere, Plinius lib. xxxiii. cap. iv. scribenti credimus. quod vocabulum in paludis *à vocis propinquitate facilè deflecti potuit. Mihi quidem non satis accommodatum hîc esse videtur* paludis *nomen, licet Tagi ramenta aurea interpretentur. Sequente*

Epigr. LVIII.

Ancillariolum tua te vocat uxor, & ipsa
Lecticariola est. estis, Alauda, pares.

Ancillariolus *est, qui amore ancillarum captus est, & in eis libidinatur; &* Lecticariola, *quae se prostituit servis lecticam succollantibus; quae sordidissima libido est.* * Advers. lib. xxx. cap. xxvi.

Epigr. LXVII.

— Maiae Mercurium creastis Idus.

Haud equidem reor eo die natum fuisse Mercurium, quanquam eum sensum ea verba prae se ferunt. sed eo die ei dicatum templum. Templi autem dicatio, natalis erat Numinis. Id ut credam, & Livius lib. ii. facit, & Festus lib. ix. in litterra I. Huius verba sunt: Maijs Idibus mercatorum dies festus erat, quòd eo die Mercurii aedes esset dedicata. *Nisi si quis eo die aedem dedicatam conijciat, quo natus fuerat. Cicero quoque i. Epist. lib. iv. ad Attic. Natalem Salutis dixit, quo die Saluti fuerat dicatum templum.* * Advers. lib. ii. cap. xi. Sed vide ad Epigr. lxxiv. lib. vii. in hunc versum:

Maternaque sacri ornentur frondibus Idus;

ex Advers. lib. xxv. cap. xxiv.

Epigr. LXX.

O quantum diatreta valent, & quinq; comati!

Diatretos calices *in Iure explicant cælatos & tornatiles, quæ* toreumata *dicuntur. Ego potiùs & vi vocabuli inductus & verbis Iurisconsulti persuasus, putem calicem esse, vel crystallinum, vel myrrhinum, aut è metallo, qui artifici perforatus est. Foraminibus autem illis includebant fortasse gemmas & emblemata, aliaque ornamenta In forando autem et pertundendo calice periculum erat, ne artifex eum frangeret, quod I.C. significat. Apud Homerum Nestoris patera clavis confixa est : sic fortasse clavatos habebant* calices diatretos, *insertis clavorum capitulis ad ornatum, aut aliis emblematis. Eodem modo Martialem accipiendum censeo.* * Adversf.lib.XXVII.cap.XXXI.

Epigr. LXXIV.

Cùm tibi Niliacus portet crystalla cataplus.

Id est, navigatio & appulsus Nam hic, quidquid obloquantur & obstrepant Domitio homines animi infensi & obtrectatores, cataplus *non* cat[illegible]stus *legendum est, vt sit navigatio Ægyptiorũ: nam ex Ægypto & annona & merces plurimæ Romam advehebantur: & quia Græce loquebantur, etiam Græco vocabulo eorum navigatio* cataplus *hic vocata est. Vlpianus de offic. Procos.* Sed & quas Græci ἐπιπλοίας [illegible] pellant sive κατάπλουν observare. *Sidonius lib.* VII *epist.* VII. Si tum aut cataplus arserit. *Ausonius De claris Vrbibus:*

——— toto tibi navigat orbe cataplus.

Ac non dubium est, quin in Martiale ita legendum sit, cùm Ægyptia & peregrina crystalli pocula opponat fictilibus (an, vitreis?) à Circo Flaminio. Accedit veterum librorũm fides, in quibus cataplus *legitur*

Eodem Epigrammate,

Hi magis audaces, an sunt qui talia mittunt.

Munera? *putem eum respexisse ad* Calices *nomine* Audaces, *vt rectè sentit Domitius : de quibus Lemma est lib.* XIIII. Calices audaces, *sic enim scribi debet.* * Advers.lib.XXX.cap.XXVI. Vide & lib.X.cap.XXIII.

Epigr.

Epigr. LXXVII.

Sellas antè petit Patroclianas.

Sic vocabantur publica quadam latrina. Nam eodem modò S ellas familiaricas *dixit Varro, privatas, ad familia alvum levandam.* * Adverſ. lib. xxx. cap. xxvi.

Epigr. LXXXVII.

Dum negligentem ducit ad pedes vernam.

Verna ad pedes *à Martiale dici videtur, qui & à pedibus* ſervus *vocatur. Sed potius verna eſt, qui ad pedes eſt domini, eique ſemper præſtò eſt, vt ſervi* circumpedes *dicuntur. Agratius:* CIRCVM-PEDES, ſunt obſequia ſervorum: ANTE-PEDES, amicorum. *Iuvenalis Sat.* VII.

--------an ſit ſella, togati
Ante pedes?

Eius generis in bonis Auctoribus aliquot exempla: vt, Canes ad venandum; Leones ad frena; *Ad lecticam* homines; Servus ad limina; ad manum; ad cyathos; ad baculum; * Vide Adverſ. lib. III. cap. ult. & lib. XXIX. cap. XXIV. Adde etiam ex lib. XV. cap. v. ad Epig. XXIII. lib. III.

Omnia cùm retro pueris obſoniatradas,
Cur non menſa tibi ponitur à pedibus?

Poſſunt in eo libro multò plura obſervari, & notari: ſed nos celeriter prætereuntes, diutius uno in loco non conſiſtimus: & quodam velut mulicrcularum faſtidio prægnantium laborantes, vix ac malignè cibos attingimus, his nec nos, nec alios ſatiantes. Quamquam vereor, ne ad harum epularum primum ſtatim guſtum convivæ noſtri vel nauſeent, vel faſtidiant. * Adverſ. lib. xxx. cap. xxvi.

NOTÆ

IN LIBRVM XIII.

SIVE XENIA.

Lemmate IV. Conchis faba.

NOn tantùm Conchis *appellatur faba, quæ cum suo folliculo est, ut apud Martialem, & Iuvenalem Sat.* III. Cuius conche tumes? *Sed etiam* côcha. *Scribonius Largus cap.* CCXXXII. fabæ quasi concha multo cum cumino cocta. *etsi hic* concha *folliculus ipse videtur.* * Adverſ. lib. XVII. cap. XVI.

Lemmate V. Far.

Imbue plebeias Clusinis pultibus ollas,
Vt fatur in vacuis dulcia musta bibas.

Hoc distichop præcipit Matialis, ut in ollas quæ Clusini farris pulte imbutæ fuerint, mustum mittatur, quòd eo tanquam condiatur, & ad bonitatem proficiat commenditurque. Docet etiã Theophrastus in libro de Odoribus, demissis in dolia farris offis, vinum proficere edomarique, & ad mollitudinem saporis & gratiam mitescere. * Adverſ. lib. XXV. cap. XXVIII.

Lemmate VIII. Hordeum.

Mulio quod non det tacituris accipe mulis.
Hæc ego coponi, non tibi, dona dedi.

Eius esse sensum puto, Hordeum accipe, quo quadrupedes sæpè defraudat Mulio: quamquam cùm Hordeum pecudum pabulo potius serviat, quàm hominum, dedi quod tu potius coponi vendes, quàm comedes: nam coponibus eo opus est ad iumentorum pastus. * Ibidem.

Lemmate XIII. Rapa.

Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa
Quæ damus, in cœlo Romulus esse solet.

Credi-

Credidisse videntur prisci non tantùm nectare & ambrosiâ Deos pasci, verum etiam vilibus quibusdam cibis, ut Romulum rapis. Credo de paupertate illius seculi, quo Romulus vixerat: proinde quasi in cœlo iisdem cibis vi-ctitet, quibus in terrâ alebatur. Seneca in Apocolocyntosi: Sitque è Republ. esse aliquem qui cum Romulo possit ferventia rapa vorare. * Adverf. lib. XVIII. cap. XIII.

Lemmate XXV. Coctana.

Quæ hic in Martiale & in Plinio Coctana *scribuntur, ea* Cottana *vocari debere, cùm librorum veterum assertione, tùm adfirmatione Hesychij crediderim. is enim scribit,* Κόττανα εἶδος σύκων. * Adverf. lib. XXV. cap. XXVIII.

In seqq. Lemmatis quædam in archivis veteribus aliter perscripta, quàm editionibus evulgata comperi. quæ à me adnotantur, non quia loco movere scripturam receptam velim, sed ne veterem supprimam. ut,

Lemmate XXVI.
Vas Damascenarum, *pro* Prunis Damascenis.

Lemmate XXIX.
Caseus fumosus, *pro* Caseo Velabrensi.

Lemmate XXXIII.
Cistella olivarum, *pro* Olivis.

Lemmate XLVIII.
Turdorum decuria, *pro* Turdorum coronâ.
* Adverf. lib. XXV. cap. XXVIII.

Lemmate LI. & LII.

Perna. Cæretana etc. Petaso. Musteus &c. *Duobus his distichis quid intersit inter* petasonem & pernam *innuit Martialis. Ego putem, petasonis partem pernam vocari, vel Athenæo auctore, cuius hæc verba sunt lib. XIV.* ἐπειδὴ πετασῶν [illegible] κεῖται, ὧν πέρναι κα-λοῦσι. *Non modo igitur non invito Athenæo, sed applaudente & libente sic accipiemus, pernam partem esse petasonis. Sunt ergo pernæ suum crura: etiam in hominibus dixit Ennius apud Festum lib. XVII.*

His pernas succidit iniqua potentia Pœni.

Perna autem & Petaso Græcam ostendunt originē; prius à πτέρν *ortum videtur, alterum latitudinis significationem præ se fert.* * Adverf. lib. XVI. cap. XVI.

Lemmata

Lemmate XCII. Oryx.

Matutinarum non vltima præda ferarum

Sævus Oryx constat quot mihi morte canum!

Ita Martialis dicit, quòd spectaculis matutinis plerunque venationes dabantur, ac feræ spectabantur. Seneca lib. I. *Epist.* VII. Manè leonibus & ursis homines, meridiè spectatoribus suis obiiciuntur. *Iterum lib.* X. *Epist.* LXXI. Nuper in ludo bestiarum vnus è Germanis, cùm ad matutina spectacula pararetur: *id est, præpararetur ut feris obijceretur.* * Adverſ. lib. XXV. cap. XXVIII.

Lemmate XCVI. Dorcas.

Delicium parvo donabis Dorcada nato:

Iactatis solet hanc mittere turba togis.

Suspicor huius distichi sententiam esse, Dorcadam in Arenam mitti, dato à Quiritibus signo vestis iactatæ sinu. ut & ab Ovidio III. *Amor Eleg.* II *scribitur:*

Favimus ignavo: sed eum revocate Quirites,

Et date iactatis undique signa togis.

* Ibidem.

NOTÆ

IN LIBRVM XIV.

SIVE APOPHORETA.

Q*Væri interdum animadverto, quæ sunt apud Martialem* APOPHORETA? *Ego eo nomine existimo significari munera, quæ convivis dantur, ut ea domum referant, unde & nomen adepta sunt. Sed quis huius sententiæ est auctor & fundus, ut veteres loquebantur? nam sat scio nobis non crederetur: nec iniuria, cùm plurimi nostri errores meritò suspectam redderent nostram fidem: sed de nobis alij viderint, certè Martialis ipse sic* Apophoreta *intelligere & accipere videtur, cùm Epigr.* I. *dicat,*

Præmia convivæ det sua quisque suo.

Hic enim versu Apophoreta *explicat. Sed luculentissimè*

mè omnium D. Ambrosius, in Exhortatione ad Virgines ita scribens: Qui ad convivium magnum invitantur, apophoreta secum reportare consueverunt. Ego ad Bononiense invitatus convivium, ubi sancti Martyris celebrata translatio est, apophoreta vobis plena sanctitatis & gratiæ reservavi. *Et in Epist. ad Romanos:* Ad quos omnes invitati, apophoreta duplicia consequuntur. *Eodem autem Epigrammate,*

Divitis alternas & pauperis accipe sortes,

sic intelligo, quòd alternis plerunq; scribat in Lemmatis Martialis, Divitis *dona &* Pauperis: *vt,* Pugillares citreos, *divitis*; Quincuplices *pauperis:* Pugillares eburneos, *divitis*; Triplices, *pauperis:* Pugillares membraneos, *divitis*; Vitellianos, *pauperis:* Chartas majores, *divitis*; Chartas epistolares, *pauperis:* Loculos eburneos, *divitis*; Ligneos, *pauperis: atque ita deinceps in plerisque omnibus. Quòd si interdum plura Lemmata unius sortis continuentur, subjiciuntur tamen diversa, alternanturque Divitum & Pauperum sortes. Etsi autem* cerati Quincuplices, *quæ* πεντάπτυχα *Græci vocant, vt* Duplices δίπτυχα, Triplices τρίπτυχα, *honorem summum interdum nunciabant, vt triumphum: tamen in pretiosis non numerabantur, cùm tabellæ essent ligneæ ceratæ, non eburneæ aut citreæ. Epig.* XXVIII. *& seqq.* venabulum, *divitis est*; culter venatorius, *pauperis*; Parazonium, *itidem divitis, cùm dignum sit cingere tribunitium latus: (Vide etiam Alvers. XII. cap. VI.)* Pugio, *pauperis. Quis nō videt Epig* XXXVII. *& seqq.* Lucernā cubiculariam *divitis, esse candelā pauperis,* & Lucernam polymyxam, *itidem divitis*; cereum, *pauperis? Sic* candelabrum ligneum *pauperis est,* Corinthium *divitis.* * Advers. lib. IX cap. XXIII.

Quincuplices, Triplices, &c *quos in Martiale legimus, si quis quid fuerint scire velit, etsi satis ex ipso vocabulo monemur & instruimur, cuius vis ipsa & notio rē declarat: tamen id etiā non incommodè ex Herodiano intelligemus, lib. I. ita scribente:* Λαβὼν γραμματεῖον τέ πων δὴ τῶν ἐκ φιλύρας εἰς λεπτότητα ἠσκημένων, ἐπαλλήλῳ τε ἀνακλάσει ἀμφοτέρωθεν ἐπτυγμένον. *Sic igitur vocabantur tenues ex philyrâ libelli, bis, ter,* quin-

*quinquies vtrinque in se plicati.** Adversf.lib. XXVIII. cap. XXXII.

Ad Lemmata XII. XIII, XIV, XV, *&* XIIX. *Quibus* Taliebotci, Tesseræ, Turr cula, Tabula lusoria & Calculi *describuntur, lege Adversf. lib.* I. *cap.* XV. *lib.* VI. *cap.* III, *&* X. *Item lib.* IX. *cap.* XXIII. *& lib.* XXVII. *cap.* III.

Lemmate XXII.

Tenvia ne madidi violent bombycina crines.
Legendum est,

Tænia ne madidos violet bombycina crines,
non ut evulgatum est perperam improboque sensu.

Lemmate XXIV.

Caustica Teutonicos accendit spuma capillos.
Id est, rutilat & ruffat. Sapone enim ad ruffandos crines utebantur. Rutilus autem color igneus & ardens videtur esse.

Lemmate XXV.

Accipe Mattiacas (quò tibi calva?) pilas.
Mattiacas pilas interpretor saponis quoddam vile genus. Sapo Gallorum erat inventum, & Gallicus probabatur. idcirco Trallianus scribit, καὶ γαλλικῷ ζάπωνος ἀναλύσας ἐν τῷ χύλῳ. Apud Germanos maximo in usu erat, ut Plinius lib. XXVIII. *cap.* XII. *scribit, cùm eo etiam viri crines rutilarent.*

Lemmate XLVI. Harpastum.

Hæc rapit Antæi velox in pulvere draucus,
Grandia qui vano colla labore facit.
De Phaninda, id est de Harpasto, hoc scribitur. Quidam credunt non tam draucum Antæi dici debere, quàm posità distinctiunculà ad Antæi, *id ad* colla *referendum esse. quale illud Iuvenalis est Sat.* III.

——————cervicibus æquat
Herculis Antæum procul à tellure tenentis.
Sed hic Epigrammatum obscœnà licentià dici draucus Antæi, *velut eius subactor hominis, qui cùm mollis sit, fortis videri velit. &c.* * Adversf. lib. IX. cap. XXIII.

Lemmate LXVI. Copta Rhodia.

Hoc genus panificij fuisse videtur, cui quadam qua tunderentur, ut ipsum vocabulum confitetur, miscerentur, ut nuclei pinei, amygdala: sed durissima afferebatur Rhodo, ut è Martialis loco intelligimus, Coptæ meminerunt Medici, ut Trallianus Alexander lib. VII. *cap.* II; *&* XIV. *Iterum lib.* XI. *cap.* XIV *Et Oribasius* κοπτάριον *purgans facit è similâ, nucleis pineis, dacrydio, pipere, melle despumato: & alterum, è similâ, scammoniâ, nucleis pineis, pipere, melle.* * Adverſ. lib. x. cap. x.

Lemmate XCII. Calices.

E veteribus libris scribi debet Calices audaces , *& ita Domitius legit, nunc* Calices *sine* Audaces *nomine excuditur.* * Adverſ. lib. XXX. cap. XXVI.

Lemmate XCIV. Calices Vatinij.

——— Sed nasus longior ille fuit.

Puto dictum in hunc sensum. Cum haberet nasos aliquot calix, unum aliquem ex his curtatum imminutumque fuisse Iuvenalis Sat. V.

Tu Beneventani Sutoris nomen habentem
Siccabis calicem, nasorum quattuor...

* Adverſ. lib. IX. cap. XXIV.

Lemmate XCIX. Boletaria.

Boletarium *vasis nomen, quod & alijs obsonijs quàm boletis serviebat. Hinc apud Trebellium in vita Claudij:* Boletare halieuticum. *In Apicio etiam* boletare *legitur, ut lib.* II. Et exinanies in boletari. * Adverſ. lib. XV. cap. XX.

Lemmate CI. Colum nivarium, *&* CII. Saccus nivarius.
Vide Adverſ lib. XI. *cap.* n's.

Lemmate CXII. Patella Cumana.

Vide Adverſ. lib. XVII. *cap.* V.

Lemmate CXIII. Calices vitrei.

Mercem hanc ex Ægypto solitam afferri, ostendit Martialis. * Vide Adverſ. lib. x. cap. XXIII.

Lemmate CXX. Annuli.

Ante frequens, sed nunc rarus nos donat amicus:
Felix, cui comes est non alienus eques!

Ante dicit solitos esse divites multis censum equestrem supplere, annulosque aureos dare, qui Equitum erant gestamina. quod ætate suâ rarum queritur

ritur: veruntamen felicem dicit qui comitẽ habet equitẽ non alienum, sed suum, id est, quem ipse suâ liberalitate equestri censu donato equitem fecerit. * Advers. lib. IX. cap. XXIIII.

Lemmate CXXXVI. Gausapa villosa, *vel* mantile.

Nobilius villosa tegant tibi lintea citrum.
Orbibus in nostris circulus esse potest.

Mantilibus, inquit, tibi villosis & gausapâ opus est, vt nobilis tua citrea mensa vindicetur ab inquinamento maculæ. mea vilis mensa, quæ maculam non reformidat, & in quâ potest esse circulus rotundaque labes, quam repositoria & parapsides sæpè faciunt, nihil indiget vindice mantili. * Ibidem.

Lemmate CXXXVII. Vdones Cilicij.

In titulo De auro & argento leg. L. argum. §. alia causa est. ff. De auro et argẽto leg. Vlpianus I. C. Alia causa est udonum, quia usum calceamentorum præstant. *Puto calceamenta esse ex hircinis pilis texta.* * Vide Advers. de lib. I. cap. XIII.

Lemmate CLIIX. Tomentum circense.

Tomentum concisa palus &c. *Intelligit arundinis panniculas, quas pauperes pro tomento culcitrarum emebant. Circense autem tomentum hoc vocabatur, quòd fortasse initiò Circensibus spectaculis sibi substernere soleret. Strabo de hoc tomento lib. V.* * Advers. lib. IX. cap. XXIII I.

Lemmate CLXI. Tintinnabulum.

Redde pilam sonat æs thermarum. &c.
* *Vide Advers. lib. VII. cap. IIII.*

Lemmate CLXI. Plectra.

Fervida ne trito tibi pollice pusula surgat.

Cùm pulsula in editionibus publicatur, nævo deformatur elegans Poëta Lege Advers. lib. IX. cap. XXIIII. & lib. XXIII. cap. II. Et supra ad Epigr. LXXXVI. lib. VII.

Lemmate CLXXXV. Thais Menandri.

Nec Glycere, verè Thais amica fuit.

Sic interpretor. Glycere erat Menandri Poëta amica, quòd ex Glycera Græcis ad eum epistolis, quæ hodieque exstant, cognoscimus. Thais tamen ab eo sic in Comœdijs intro-

introducta frequenter & celebris reddita est, ut ipsa videatur, non Glycere amica Menandri fuisse. * Advers. lib. IX. cap. XXIIII.

Lemmate CXCVIII. Canis vertagus.

Non sibi, sed domino venatur vertagus acer,
Illæsum leporem qui tibi dente feret.

Quis, obsecro vos, iste vertagus *est, et unde sic dictus? Scimus à nationibus et locis nomina canibus interdum imponi: sed de Vertagu populis, aut huius nominis loco silentium est in literis. Mihi quidem* Vertrahus *legendum prope videtur, veluti* Fertrahus, *à fera scilicet* trahenda *ad dominum: Scriptumque in Martiale* Vertragus & *g in vicem elementi* h *transiisse crediderim; ut in* tragula, *quam à* trahēdo *nomen habere Grammatici affirmant: sed et* tragula *retis genus ex eo nomen habet, quòd trahitur.* * Advers. lib. XVIII. cap. I.

Lemmate CCVI. Notarius.

Notarium descripsit Ausonius Epigr. CL. *cùm dixit,*

Puer notarum præpetum.

Et Basilius in Epist. * Advers. lib. XV. cap. XXI.

Lemmate CCXI. Parma.

Hæc quæ sæpè solet vinci, quæ vincere rarò:

Parmularij quòd breve scutum haberent, nec satis tecti essent, in amphitheatri commissionibus persæpè vincebantur, raro vincebant. * Advers. lib. IX. cap. XXIIII.

Lemmate CCXII. Pueri comœd.

Sententiā huius distichi lege ibidem; ut & disttchi CCIIX.

Non satis est ars sola coco, &c.

Lemmate CCXVII.

Cor bubulum *reperio in veteribus libris, non* Coreulum, *ut in Aldino (anni M D. I. nam in exemplari an.* M.D. XVII. *excuso, legitur* Corbubulum) * Ibid.

Lemmate CCXIX.

Craticula cum veru] *In ijsdem* Craticula absque veru; cum *tamen excusum passim est.* * Ibidem.

Lemmate CCXXI.

Ientacula] *Libri veteres,* Adipata, *quibus fortasse, ut unctis & ganeatis cibis utebantur olim in ientaculo. Nescio quid huius generis etiam legisse Domitius videtur,* * Ibidem.

LECTORI
P. S.

HActenus clarissima Galliarum lumina Martiali illustrando operã sanè luculentam suis commentariolis navarunt. quæ nos, uti par est, non indiligenter excerpsimus, & sublegimus; varieque sparsa, ita decorè (ut arbitramur) coniunximus, ac in ordinẽ redegimus cõcinnavimusq;. Plura volentibus, ex Philologis huius superiorisque ævi haurire, haud admodum magnus labor est. Nobis heic subsistere visum fuit: & sanè in gratiã quorundã pergentibus, modulus libelli manum injecit. Vnius tamẽ Itali, hominis eruditissimi & maximi, ac, ut mihi quidem videtur ex reliquijs aurei seculi, Angeli inquam Politiani, observationes aliquot in nostrum Poëtam omittere, piaculum ac extremũ propemodum scelus esse duximus. Atque hæc quidem præ reliquis, ex eius aureolo Miscellaneorum libello excerpere libuit, quoniam elegantissima sunt, & plena nimirum bonæ frugis. Præterea, iuxta Græcorum proverbium, *ὔτε πάντα, ὔτε πάντοτε, ὔτε παρὰ πάντων: nec omnia, nec passim, nec ab omnibus.*

ANGE-

ANGELI POLITIANI NOTÆ AD MARTIALIS quædam loca.

Miſcellaneorum CAP. LI.

Cur in Epheſiæ Dianæ templo *molles* appellati *honores* à Martiale.

[*Lib. De Spectaculis, Epigr.* 1.]

CVR *molles* dixerit *honores* in Triviæ tẽplo Martialis, hoc eſt in Dianæ Epheſiæ, etiam hæc afferri poſſunt, ſcita (ni fallor) & arguta ſatis, ſed quæ tamen Interpretes omiſerunt. Ac primò quidem de *multimammiis* poſſumus dictũ exiſtimare. Nam vt divus Hieronymus in epiſtolá Pauli ad Epheſios ſcribit, *Erat Epheſi templum Dianæ, et eiuſdem in ipſo multimammia*, id eſt multarum mammarum, *effigies*; quâ cultores eius decepti, putabant eam omnium viventium nutricem. Poſſumus item ad pompam referre, de quâ Xenophon Epheſius in primo Epheſiacorum libro ſcribit ad hanc ſententiam: *Agebatur autem*, inquit, *ſolemne iis locis Dianæ feſtum, ab vrbe ad templum, quæ ſunt ſtadia omnino ſeptem. Celebrare pompam virgines omnes in ligeuas opertebat ſplendidè inprimis ornatas: prætereaque ephebos, Abrocomi æquales, qui tum annum circiter decimum ſeptimum agebat, et cum ephebis aderat, velutique primas in eâ pompâ ferebat. Magna autẽ vis hominũ ſpectaculo intererat, vel popularium, vel hoſpitum. Siquidẽ mos habebat, vti in eâ celebritate, & ſponſi virginibus, et ephe*

bus uxores invenirentur. Procedebat ergo ordinatim pompa; primo scilicet sacra, faces, canistra, et suffimenta, tum autem equi, canesque, & venatoria arma, nonnullorum quoque bellica, sed pleraque tamen pacalia. Fœminarum se quæque ut lut ad amatoru oculos composuerat, virginumque ordinem ducebat Antia. Paulo post subdit: *ornatus pompa solutus omnis.* Sic utique Xenophon scribit, non quidem Atheniensis ille, sed alter eo non insuauior Ephesius. Non absurdum est autem, propter Dianæ quoque sacerdotem *melles honores* audire; de quo etiam nonnihil Domitius ex Strabone. Ceterùm Heracliti Ephesii summi philosophi, scilicet illius, qui ex obscuritate librorum Scotinos, hoc est Tenebricosus, appellabatur, quique omnibus humanis actibus illacrymabat; illius inquam Heracliti ad Hermodorum exstat epistola, quâ sic fermè in Ephesios cavillatur. *Quanto Ephesiis meliores lupi, atque leones. Non se invicem mancipant, nec aquila aquilam emtitat, nec leoni leo ministrat pocula. Sed neque canem canis exsecat, ut vos Deæ sacerdotem exsecuistis Megalyzum, metu ne virgini vir consecretur, et quo pacto impii adversus naturam, pii sitis adversus simulacrum. Principiò enim id agitis ut iis primus imprecetur sacerdos amissa virilitate. Quin Deam quoque impudicitiæ velut insimulatis, metuentes ne illi ministretur à viro.*

Miscellaneorum CAP. LII.

Quid sit *cornibus ara frequens* apud Martialem.

IN eodem Epigrammate locus est hic alter, nequaquam à Domitio, neve ab aliis (quantum videam) cognitus:

Dissimuletque Deum cornibus ara frequens.

Quod enim Domitius Hammonis templum in Libyâ accipit, nullo pacto procedit. Nam cùm hîc magnificentissima orbis terrarum ædificia memorentur, quæque inter miracula referentur, ut ex eorum comparatione, amphitheatri præconium crescat,

sciat, ridiculum profecto fuerit de templo hîc Hammonis audire, pauperrimo scilicet, vt Lucanus ait his versibus:

Ventum erat ad templum Libycis quod gentibus vni
Inculti Garamantes habent. stat corniger illic
Iuppiter, ut memorant, sed non aut fulmina vibrans,
Aut similis nostro. sed tortis cornibus Hammon.
Non illic Libycæ posuerunt ditia gentes
Templa, nec Eois splendent donaria gemmis,
Quamvis Æthiopum populis, Arabumq; beatis
Gentibus, atq; Indis vnus sit Iuppiter Hammon.
Pauper adhuc Deus est, nullis violata per ævum
Divitiis delubra tenens, morumque priorum
Numen, Romano templum defendit ab auro.

Neque autem aut ex Plinii, aut ex Maronis dictis colliges, templum Hammonis apud Nasamonas insigne vel ædificiis, vel opibus fuisse, si verba ipsa diligenter vtriusque pensitabis. Et quidem mentior, nisi ara potius Apollinis in Delo accipiẽda, quod *Ceratinõ bomon* dicunt, inter septem orbis spectacula, sicuti Plutarchus ait, celebrata, *quæ tantum ex dextris cornibus sine glutino vllo, aut vinculo coagmentata, compactaque sit.* Hoc autem Plutarchus in eo scribit opusculo, quo tractat, vtra prudentiora sint, aquigena, an terrigena animalia. Deque arâ eadem sic Ovidius in epistolâ Cydippes ad Acontium meminit hoc versiculo:

Miror & innumeris structam de cornibus aram.

Plutarchus etiam in Theseo de arâ in Delo scribit, *non quidem ex dextris sed ex sinistris tantum cornibus compacta*, quem κεράτωνα βωμὸν appellat, nisi mendum sit exemplarium. Laërtius quoque Diogenes Ceratinæ aræ, hoc est, è cornibus factæ, mentionem nonnullam facit in Pythagoræ vitâ. Quin & Callimachus poëta in Apollinis hymno, quadrimũ adhuc Apollinem scribit ex cornibus Cynthiadum caprearum quas soror Diana in venatu occiderat, aram compegisse, fundamentaque item & parietem è solis struxisse cornibus. Ipsius autem sunt hæc verba:

Τετραέτης τὰ πρῶτα θεμείλια Φοῖβος ἔπηξε
Καλῇ ἐν Ὀρτυγίῃ, περιηγέος ἔνδοθι λίμνης·
Ἄρτεμις ἀγρώσσουσα καρήατα συνεχὲς αἰγῶν
Κυνθιάδων φορέεσκεν, ὁ δ᾽ ἔπλεκε βωμὸν Ἀπόλλων.
Δείματο μὲν κεράεσσιν ἐδέθλια, πῆξε δὲ βωμὸν
Ἐκ κεράων, κεραοὺς δὲ πέριξ ὑπεβάλλετο τοίχους.

Quadrimus prima fundamenta Phœbus iecit
Pulchrâ in Ortygiâ orbiculari in lacu.
Diana venata cornua assiduè caprarum
Cynthiadum tulit, ipse verò cõnexuit aram Apollo,
Extruxit quidem cornibus fundamenta, compegit autem aram
Ex cornibus, corneos verò circumduxit parietes.

Ob id ergo, inquit Martialis, *dissimulet Deum*, quasi non iam Dei esse id opus videri queat, quo alterũ longè præstantius, hoc est amphitheatrum, mortali manu factum. Saneque per totum epigramma signatis vsus est verbis argutissimus poëta, qui Memphin silere iubet, quia barbara; nec iactari vult Babylona labore assiduo, quoniam ipsa quoque iactatio intellectum laboris habeat. Et negat laudandos ob id *honores Triviæ*, quia *molles*: neq; enim mollibus præconia debentur. Negat etiam quæ aëre pendeãt Mausolea, supra aera ipsum, hoc est, ad astra vsq; ferri oportere. vt sit hoc epigrãmate nihil vtiq; pensitatius.

Miscellaneorum CAP. LVI.

Cur *gemino cornu* Martialis dixerit: & ibi de Rhinocerote, deque tauris Æthiopicis.

[*Lib. De Spectaculis, Epigr. XXII.*]

MArtialis epigramma est in Spectaculis, de Rhinocerote, cuius extremi versus hi sunt:

Namq; gravẽ cornu gemino sic extulit vrsum,
Iactat vt impositas taurus in astra pilas.

Domitius ita enarrat. *Gemino*, inquit, *cornu*; *forti, & vehementi. Vergilius: Gemino dentalia dorso. Vel quoniam*

Rhi-

Rhinoceros habet duo cornua, ut apud Pausaniam solum legi, quorum alterum insigni magnitudine ex naribus exstat, alterum supernè erumpit, exiguum, sed validissimum. Fatetur sanè Domitius apud vnum se Pausaniam legisse, Rhinocerotem duo habere cornua: Quid autem Plinium, quid Solinum, quid alios credimus vnum Rhinoceroti cornu tribuenteis duntaxat? an videlicet ignorasse omnes, quod solus animadverterit Pausanias? Quid porro Septimio Florenti Tertulliano respondebimus, Christianorum omnium, quorum quidem Latinè opera exstent, vt antiquissimo, sic ausim dicere in omni penè literatura diligentissimo, qui libro adversus Praxeam tertio, verba illa enarrans de vetere Instrumento, *Tauri decor eius. Cornua vnicornis, cornua eius, in eis nationes ventilabit ad summum vsque terræ. Non vtique*, inquit, *Rhinoceros destinabatur vnicornis, nec Minotaurus bicornis*, & quæ sequuntur. Ceterùm de eo Pausanias in Bœoticis meminit: neque autem omnino Rhinocerotas duo habere cornua, nam hoc manifesto refelli poterat, sed tauros dicit esse in Æthiopia, qui Rhinocerotes vocētur. ὅτι σφίσιν ἐπ' ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ (sic enim illius verba sunt) ἓν ἑκάστῳ κέρας καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ οὐ μέγα, ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς οὐδ' ἀρχὴν κέρατά ἐστιν. *Quoniā*, inquit, *illis in summâ nare singulis vnicum cornu, tū aliud supra non magnū, verùm in capite, ne initio quidē cornua.* Nō igitur Pausanias aut insigni magnitudine alterum cornu, aut alterum ait esse validissimum: quod ob id cōminiscitur fortasse Domitius, vt his facilius vrsus extolleretur. Neque autem de Rhinocerote ipso sentit Pausanias, sed (vt diximus) de Æthiopico tauro, qui similitudine quapiam & ipse Rhinoceros à quibusdam vocabatur. Quare nos ita putamus exponendum Martialem, vt vrsum videlicet à Rhinocerote cornu illo vnico elatum, eiectatumque sentiat, gravem gemino cornu, hoc est gravē tauro futurum, cui sunt cornua gemina; vt *cornu* sit dativi nō ablativi casus. Nā cùm tauri pilas cornibus ad astra eventilēt, extollere ursū tamen nō poterant gravē gemino cornu, propterea, eum mirabilius quālibet vno cornu Rhinoceros extulit.

Miscellaneorum CAP. XXII.

Cuiusmodi sint versiculi, in quibus (ut ait Martialis) *Echo Gracula recantet.*

[*Lib.* II. *Epigr.* LXXXVI.]

Martialis in Secundo Epigrammatωv, de supinis quibusdam supervacuisque carminibus agens, in quibus multus labor, minima laus faciendis, hoc quoque inter cetera scribit:

Nusquam Gracula quod recantat Echo.

Domitius autem *Graculam* accipit *Echo*, vocē Græcam insertam: quasi se neget Martialis Græcis vspiā verbis vti in suis Epigrammatis. quod contra deprehenditur. Aut nos igitur coniectura fallit, aut innuuntur versiculi quidam, sic facti, vt in extremis responsitationes ex personâ ponantur Echus, sententiam explentes, & morem tuentes illius vltima regerendi. Quales etiam vernaculos ipsi quosdam fecimus, qui nunc à musicis celebrantur, Henrici modulaminibus commendati, quosque etiam abhinc annos ferme decem Petro Contareno Veneto patricio, non inelegantis ingenii viro, mirè tum desideranti, nonnullisque aliis literarum studiosis dedimus. Sed & exstant Græci quoque Gauradæ cuiusdam antiqui poëtæ; quos & apponam:

Ἀχὼ φίλα μοι συγκατάινεσόν τι. τί;
Ἐρῶ κορίσκας, ἁ δ' ἐμ' οὐ φιλεῖ. φιλεῖ.
Πρᾶξαι δ' ὁ καιρὸς: καιρὸν οὐ φέρει. φέρει.
Τὺ τοίνυν αὐτᾷ λέξον ὡς ἐρῶ. ἐρῶ.
Καὶ πίστιν αὐτᾷ, χρημάτων τὺ δός. τὺ δός.
Ἀχὼ τί λοιπόν; ἢ πόθου τυχεῖν; τυχεῖν.
Echo chara mihi assona aliquid. quid?
Amo puellam, illa verò me non amat. amat.
Faciendi verò tempus occasionem non patitur. patitur
Tu igitur ipsi dic quòd amo. amo.
Et fidem ipsi pecuniarum tu da. tu da.
Echo, quid reliquum? an voto potiri? potiri?

Ex Mis-

Ex Miſcellaneorum CAP. XXXVIII.

De Laconico locus apud Martia- tialem expoſitus.

[*Lib.* VI. *Epigr.* XLII.]

Dion Hiſtoriarum lib. LIII, *Laconicum* in Vrbe *vaporarium*, aut *ſudatorium* (ſic enim interpretari videmur poſſe, quod eſt apud eum *πυελατήριον* ab Agrippâ ædificatum tradit. Dein *Laconicum* dicit appellatum, quoniam Lacedæmonii per ea tempora nudi unctique præ cunctis exercebantur. *Laconicum* iſtud & Martialis innuit, ita inquiens:

Ritus ſi placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Crudâ Virgine, Martiáque mergi.

Sed & Columella in libro de Agriculturâ ſic: *Attonitique miramur geſtus effœminatorum, quòd à naturâ ſexu, viris denegatum, muliebri motu mentiantur, decipiantque oculos ſpectantium.* Mox deinde: *Ut aptiveniamus adganeas, cotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, & exuſto ſudore ſitim quærimus.* Seneca etiam lib. Epiſt. VII. ad Lucilium, nihil aliud prorſus quàm Laconica inſinuat, ita narrans: *Quid mihi cum iſtis calentibus ſtagnis, quid cum ſudatorijs, in quæ ſiccus vapor corpora exhauſturus includitur, ut omnis ſudor per laborem exeat?* Fuiſſe in orbem conſtructa Laconica, ex lib. V. Architecturæ apud Vitruvium patet in his verbis: *Laconicum ſudationesque ſunt coniungenda tepidario, eáquè quàm lata fuerint, tantam altitudinem habeant ad imam curvaturam hemiſphærij, mediumque lumen in hemiſphærio relinquatur, ex eoque clypeum æneum catenis pendeat, per cuius reductiones & dimiſsiones perſicietur ſudationis temperatura. Ipſumque ad circinum fieri oportere videtur, ut æqualiter à medio flamma vaporiſque vis per curvaturæ rotundationes pervagetur.* Hinc *Lacedæmonium orbem* apud Iuvenalem *Laconicum* ipſum acceperim, hoc verſu Sat. XI.

Qui Lacedæmonium pityſmate lubricat orbem.

*Ad quem Iuvenalis locum, vide hoc ipſum Caput Miſcell. & adhibe Epiſt. vi. lib. xi.

Miſcellaneorum Cap. XXIII.

Legendum apud Martialem *cum compare mulo*, quod plerique *cum compare gibbo*; Simul explicata ratio in eo, ſenſuſque verior.

[*Lib.* vi. *Epigr.* lxxvii.]

Martialis Epigrammatũ Sexto:

Non aliter monſtratur Atlas cũ cõpare gibbo.

Sic enim & vulgo legũt omnes, & pro rectiſſimo exponunt, quicunque ſunt in cultu literarum celebriores. Nos contrà in codicibus pleriſque veteribus, minuſque vacillantis autoritatis & fidei, ſic invenimus:

Non aliter monſtratur Atlas cum compare mulo.

Mulo, inquam, non *gibbo*. Neve ſurdis (quod aiunt) agatur teſtimoniis, in hac ipſâ gentis Medicæ bibliothecâ publicâ codex habetur vetuſtiſſimus, Langobardis literis, quem & Domitius olim Florẽtiæ pellegit. Sed & Veronæ mihi pagellas quaſpiam antiquiſſimi itẽ voluminis Bernardinus quidam, adoleſcens, vt tum viſus eſt, haud illiberalis, Domitii propinquus, commodavit, quum quidem vnà eſſet mecum Baccius Vgolinus, abſolutiſſimi vir ingenii, candidiſſimique. Neque nõ Romæ quoque volumen item Martialis, Langobardis characteribus, oſtendit, legendumque nobis indulſit Bernardinus Valla, vir & carminum ſtudio, & iuris ſcientiâ, & generis nobilitate, atque opibus, prætereaque humanitate quapiam non vulgari celebrandus. Quin Florentiæ quoque præter hoc, alium codicem primæ nobilitatis civis Pandulfus nobis Oricellarius ſemiveterem dedit vtendum. In queis vtique ſingulis hanc, quam dicimus, ſcripturam reperias.

Neque

Neque autem diffitear, etiam illam superiorem in vno alteroque non planè novo exemplari vidisse me: sicuti in eo quod Romæ in Palatinâ Bibliothecâ, mediæ antiquitatis, & item in altero tum quidem quum legebamus Francisci. Saxetti Florentini negotiatoris, nunc autem Taddeæi Vgoleti Parmensis, humani doctique viri, qui regi Pannonum Matthiæ, regii prorsus animi Principi, libros ornamentaque alia Florentiæ, nobis ista prodentibus, procurabat. Nam in eo, quem mihi nuper doctus utraque lingua vir Bernardus Michelotius, ab nescio quo sibi Perusino commodatum, dedit inspiciendum, *gibbo* scriptum corruptius adnotavi. Quare quum superiorem illam veluti constantem solidamque reperiamus in melioribus scripturam, quærendum videtur, quid sibi Atlas postulet cum compare mulo, quáve causa perinde rideatur, vti Maurus elephāto vehens. Porrò Atlantem de Iuvenalis verbis, nanum quendam pumilúmve fuisse temporibus illis haud ignoratum, colligimus. Sic enim inquit:

——*Nanum cuiusdam Atlanta vocamus.*

Vt ex contrario per derisiculum sit Atlas appellatus, qui foret pumilâ staturâ, sicuti

——*Canibus pigris, scabieque vetustâ*
Turpibus, & sicca lambentibus ora lucernæ &,
Nomen erit tigris, pardus, leo, si quid adhuc est
Quod fremat in terris violentius.——

Sed & muli pumili, vel mulæ, tum in pretio sunt, inque deliciis habitæ. De queis in Distichis (Apophoretorum CXCV. sub Lemmate *Mula pulla*) idem Martialis:

His tibi de mulis non est metuenda ruina:
Altius in terrâ penè sedere soles.

Siquando igitur nanus hic Atlas, mulo consimiliter nano & compare sibi vtebatur, verisimile est rideri solitum publicitùs; sicuti etiam Maurus niger derisui vulgo, quoties concolorem sibi elephantum inscenderat. Vnde inquit idem in Primo: (Epigr. CIV.)

Et molles dare iussa quòd choreas
Nigro bellua nil negat magistro.

Con-

Convenit autem proposito, argumentoque Poëtæ, in eū, qui iuvenis, & validus, & pauper, lectica identidem tamen à sex, & ipsis iuvenibus validis pauperibusque, gestabatur. Atque ut illi superiores, nihilo ipse secius cunctis deridendi sui dabat occasionem.

Ex Miscellaneorum Cap. XXX.

Cucuma apud Martialem, vocabulum inventu rarum, nec tamen singularium.

(*Lib.* x. *Epigr.* LXXIX.)

VOcabula quæpiam sunt ita rara inventu, ut si iterum in ea incidamus, ob id fecisse operæ pretium videamur, quoniam singularia credebantur; sicuti est *cucuma* apud Martialem in hoc hemistichio,

——— *Cucumam fecit Otacilius.*

Nam sic in Satyrico legimus Petronii Arbitri : *Tum illa carnis etiam paululum delibat, & dum coæquale natalium suorum sinciput in carnarium furcâ reponit, fracta est putris sella, qua staturæ altitudinem adiecerat, anumque pondere suo deiectam super focum mittit. Frãgitur ergo cervix cucumæ, ignemque convalescentem restinguit, atque totam faciem excitato cinere perfudit.* Ex eoque inclinatum diminutivum *cucumion* invenio apud Arrianum in libris de Epicteto, quo maximè capite περὶ κυνισμοῦ, hoc est, de Cynica professione, loquitur; atque adeo verba Arriani ponam, Δεῖ αὐτὸν κουκούμιον ἔχειν ὅπου θερμὸν ποιήσῃ τῷ παιδίῳ ἵν' αὐτὸ λούσῃ ; *Habere*, inquit, *eum cucumion oportet, ubi calfeciet puerumq; ipsum lavet* . *Cucumion* dixit Græca consuetudine, quod nos *cucumulam* non inconcinnè.

Miscellaneorum CAP, VI.

De intellectu *Catulliani passeris* apud Martialem.

[*Lib*. XI. *Epigr*. VI.)

PAsser ille Catullianus, allegoricôs (ut arbitror) obsceniorem quempiam celat intellectum, quẽ salvâ verecundiâ nequimus enuntiare. Quod ut credam, Martialis Epigrammate illo persuadet; cuius hi sunt extremi versiculi:

Da mî basia, sed Catulliana.
Quæ si tot fuerint quot ille dixit,
Donabo tibi passerem Catulli.

Nimis enim foret insubidus Poëta (quod nefas credere) si Catulli passerem denique, ac nõ aliud quippiam, quod suspicor, magis donaturum se puero post oscula diceret. Hoc quid sit, equidem pro styli pudore, suæ cuiusque coniecturæ, de passeris nativa salacitate, relinquo.

Miscellaneorum CAP. XCV.

Quanta in muribus salacitas: atque inibi locus apud Martialem correctus, & enarratus.

(*Lib*. XI. *Epigr*. XXX.)

IN Vndecimo Epigrammatum, vulgatis quidem codicibus, ita est apud Martialem:

Nam cùm me vitam, cùm me tua lumina dicis.

Sed enim vetustissimi quique sic habent:

Nam cùm me murem, tu cùm mea lumina dicis.

Quod tamen à nullo est hactenus animadversum, aut emendatum. Quæri verò potest, quo intellectu puella blandiens amatori, *murem* eum vocet? an eodem quo etiam *passerculum* solet? quia mures quo-

qu

que perhibentur salacissimi: sicuti scriptum invenio libro Æliani duodecimo de Animalium proprietate, verbis ad hanc sententiam: *Ferunt autem mures, inquit, salacissimos esse, testemque adducunt Cratinum scilicet in Fugitivis: Age nunc tibi de sereno adversus mollitiem muris fulgurabo Xenephontis. Sed enim fœminam quoque murem narrant ad Veneria esse prarabilā. Rursumque apud Epicratem in Choro (Fabula enim hæc Epicratis est:) Postremò subijt me detestabilis lena, deierans per puellam, per Dianam, per Persephattam, esse vitulā, esse virginē, esse puellam indomitam: at illa cavus erat murinus. Superiectione eā salacissimā dicere voluit, cùm cavum prorsus murirum vocitavit. Et Philemon: Mus albus, cū quis eā: sed pudet fari. Clamavit adeo statim detestanda lena, ut sæpè latere non est.* Hactenus Ælianus, autoritatibus etiam magni nominis Comicorum succenturiatus.

Miscellaneorum CAP. XV.

De luxu Sybaritarum, deque *Sybariticis libellis* apud Martialem.

(*Lib.* XII. *Epigr.* XCV.)

Musæi pathicissimos libellos,
Qui certant Sybariticis libellis. &c.

OVidius in Epistola ad Augustum libro Tristium II, sic inquit:

Nec qui composuit nuper Sybaritida, fugit.

Quæritur inter literarum studiosos, qui nam sit is qui *Sybaritida* composuerit: quodve ipsius operis fuerit argumentum. Nos utrumque apud Lucianum deprehendisse videmur, in Oratione quæ est ad ineruditum, qui multos emtitaret libros. In ea scriptum est ad hanc ferè sententiā: *Dic mihi hoc quoq;, inquit, si Bassus ille sophista vester, aut tibicen Battalus, aut cinædus Hemitheon Sybarita, qui vobis mirificas conscripsit leges, quo pacto insanire oporteat, & velle, & pati, & facere illa: si horum quispiam nunc leonis pelle circum-*

mictus clavamque tenens incedat, quid? eum ne putes Herculem spectantibus visum iri? Sed & Philo Hebræus in vita ipsa Mosis, *Comœdias*, inquit, *& Sybariticas nequitias componentes.* Martialis quoq; in libro Duodecimo Epigrammatῶn de *Sybariticis libellis* ita:

Mussetî pathicissimos libellos,
Qui certant Sybariticis libellis,
Et tinctas sale pruriente chartas,
Instanti lege Rufe, sed puella
Sit tecum tua, ne Talassionem
Indicas manibus libidinosis,
Et fias sine fœmina maritus.

Hemithion igitur fuisse videtur, non (ut Domitius ariolatur) *Sybaris*, à quo vel *Sybaritis*, vel *libelli Sybaritici* obscenissimo sint argumento compositi. Notabiles autem sunt inprimis luxu & deliciis *Sybaritæ*, sic ut præcipuos omnium colerent Iônas, atq; Tyrrhenos; quoniam alteri Græcorum, alteri Barbarorum luxuriosissimi. Ab his etiam *fabulæ Sybariticæ*, quales fermè apud Æsopum, & proverbium deductum *Sybarites per plateam*, contra fastosius ingredientes. Atque hæc quidem de Sybaritis, aliaq; non dissimilia Suidas. Plutarchus autem in cõvivio Septem Sapientum, *morem fuisse* scribit *Sybaritis, mulieres abusque anno priore ad cõvivia vocandi, ut veste auroque m liri exornareque per otium sese possent.* Sed & Maximus Tyrius in Dissertatione tertiâ *De voluptate*, primos enumerat *Sybaritas* inter eos populos quos vult *mollissimos deliciosissimosq;* videri: neq; nõ *Sybariticas* etiam *saltationes* commemorat. Quin idem in Dissertatione alia, cui titulus *Quæ finis sit Philosophiæ*, ferè in hanc sententiam: *Crotoniates* (inquit) *oleastrũ adamat, Spartiates armaturã, venationes Cretenses, luxum Sybarites, Ion choros.* Hinc ergo Iuvenalis:

Nullum crimen abest facinusque libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit. hinc fluxit ad Istros
Et Sybaris colles.

Astipulatur & Strabo, qui *Sybaritas, omni suâ felicitate propter delicias luxumque, septuaginta solis diebus fuisse* narrat *à Crotoniatibus exturbatos.* Quin dictum quoque Plutarchus Sybaritæ ponit in Pelopide,

lopide, negantis mirum facere Spartiatas, qui se in bellis morti obiicerent, ut tantos labores victumq; illum, quo vtebantur, effugerent. Aristoteles autem Moralium Eudemiorum primo, Smynderiden quoque *Sybaritam*, comparē Sardanapalo, *inter voluptuarios* nominavit. Illud urbanum sanè, quod Africanus tradit in Cestis, sic enim Græcè liber ipsius De re militari inscribitur. Etenim *Sybaritas ea deliciarum venisse* narrat, *ut equos in convivia introducerent, ita institutos, ut audito tibiæ cantu statim se tollerent arrectos, & pedibus ipsis prioribus vice manuum gestus quosdam chironomia motusque ederent ad numerum saltatorios. At enim tibicen* inquit, *ibi quispiam contumelia affectus transfugit ad Crotoniatas hostes, paulo antè superatos à Sybaritis, & quod è Republ. foret illorum, pollicetur (si fidem modò habeant) suâ operâ Sybaritarum cunctorum equites in ipsorum venturos potestatē. Credita res, & belli dux creatus à Crotoniatibus tibicen, convocat omneis, quotquot eiusdem forent in urbe artificij, modulamentumque ijs indicat; atque ut visum tempus, procedere in hostem iubet. Sed enim Sybaritæ fastu præturgidi, quòd equitatu superabant, eunt contra, prælumque conserunt. Hic autem, antè repentè dato signo, tibicines universi conspirant. Ecce tibi igitur, confestim modulamine agnito, cantuque illo vernaculo, tollunt eriguntq; semet in pedes equi Sybaritæ, sessoribus excussis, & quod tripudium domi didicerant, etiam in acie exhibent. Ita capti omnes equites, sed humi iacentes; omnes equi, sed tripudia repræsentantes.* Tantum de Sybaritis Africanus.

Hæc Angelus Politianus circa An. M CCCC XC.

FINIS.